NOVA SUBSIDIA DIPLOMATICA AD SELECTA JURIS ECCLESIASTICI...

Stephanus-Alexander Würdtwein

Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

4.Z.7

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

4. 3. 7.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVA
SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
CONGESSIT ET EDIDIT
STEPHANUS ALEXANDER WÜRDTWEIN
EPISCOPUS HELIOPOLENSIS, SUFFRAGANEUS WORMATIENSIS.
TOMUS DUODECIMUS.



HEIDELBERGAE,
SUMTIBUS TOBIAE GOEBHARDT,
MDCCLXXXVIIII.

4 2 12
Digitized by Google

BIBLIOTHECA PALAT.
VINDOBONENSIS.

Digitized by Google

AMICO REI DIPLOMATICAE CULTORI OMNEM FELICITATEM!

Cum Tomo Subſidiorum Novorum Diplomaticorum duodecimo in lucem ſimul prodeunt ſigilla duodecim Archiepiſcoporum Moguntinorum minora & Majeſtatica; Illa referunt inſignia Archiepiſcopatus & familiarum abſque ſplendido apparatu; Haec litteris Feudalibus & ejusmodi majoris negotii chartis appendi ſolita & Tomo XI. nro XLII. quoad ornatum pleriſque hujus moduli communem deſcripta; Ubique enim conſpicitur Archi praeſul in ſede columnis & laquearibus affabre elaboratis ornata, crucem dextra & baculum paſtoralem tenens ſiniſtra, poſitis ex utroque latere inſignibus.

AD XLIII.

SIGILLUM *SEBASTIANI* ARCHEP. MOG.

ab an. MDXLV — MDLV.

Sigillum *Sebaſtiani* minus in quatuor diviſum areas; in prima & Rotam exhibet Moguntinam cum octo radiis, in ſecunda & tertia

Digitized by Google

runcinas tres cocineas insigne gentilitium Baronum de *Heusenstamm.* Superius in medio Crux Archiepiscopalis prominet, gladium inter & pedum. Extra scuti medium adpositus est numerus anni, quo sculptum est sigillum: M*D*XLIX. Peripheriae inscriptum est: S. *SEBASTIANI.* D. G. S. MOG. S. AR. EP. S. R. J. p. Germ. ARCHI CANCELARII. ELECTORIS.

AD XLIV.

SIGILLUM *DANIELIS* ARCHIEP. MOG.

ab an. MDLV—MDLXXXII.

Sigillo *Danielis* minori Tomo praecedente exhibito Majus Ejusdem seu, ut vocant, Majestaticum subjungimus, quin repetamus ea, quae ad sigillum *Sebastiani* Archiep. sub num. XLIII. jam monuimus. Insignia *Danielis* gentilitia ad latus sinistrum referunt fasciam cochleatam, quae etiam apparet in duabus alis supra parmam. Inscriptio sigilli haec est: S. *Danielis* D. G. SANCTAE. MOGUNT. SEDIS. ARCHIEPI. SACRI. RO. IMPERIJ. P. GERMANIAM. ARCHI CANCEL. AC PRINCI. ELECTORIS.

Chartae sequentes sigillo *Danielis* munitae ad nostras pervenere manus

Digitized by Google

I.

COMMISSARIUS PER PLURES TRACTUS ARCHIDIACONALES HASSIAE THURINGIAE &c. CUM POTESTATE AMPLISSIMA CONSTITUITUR.

Daniel Dei gratia ſanctae Moguntinae ſedis Electus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi cancellarius Princeps Elector. Honorabili *Eobano Tigler* Doctori Cantori & Canonico Eccleſiae beatae *Mariae* virginis Erfurden. ſigillifero curiae noſtrae Archiepiſcopalis Erffurdenſi devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam Eccleſiarum utilitatibus & ſubditorum commodis quantum poſſumus & valemus paterna ac paſtorali ſollicitudine providere cupientes, Tibi ut Rectoribus Eccleſiarum parochialium & beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura per Fritzlarienſem Jechburgen. Beatae *Mariae* & ſancti *Severi* Erffurden. Dorlanen. Heiligenſtaten. Geyſmarien. Northuſen, Embecen. & Bebracen. praepoſiturarum terminos noſtrae dioeceſis conſiſtentium pro tempore ut in ſuis parrochialibus Eccleſiis & beneficiis Eccleſiaſticis quae obtinent de praeſenti & in futurum obtinebunt, reſidere minime teneantur nec non ad id compelli per nos & praepoſitos earundem Eccleſiarum ſive beneficiorum etiam ad tempus & tempora de quibus videbitur tibi expedire Ex cauſis tamen rationabilibus animum

mum tuum ad hoc moventibus vice & auctoritate mandare & concedere poſſis & valeas, & quod ipſi Rectores & beneficiati fructus, redditus, & proventus beneficiorum ſuorum in ſui abſentia cum ea integritate percipere valeant & poſſint, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, ac ſi reſiderent in eisdem proviſo tamen quod ipſa beneficia Eccleſiaſtica tempore abſentiae Rectorum ſuorum debitis divinorum officiis & ſacramentorum miniſtrationibus hoſpitalitate debita & conſueta, juribus papalibus, & Epiſcopalibus, & Synodalibus, & aliis ſibi incumbentibus oneribus pro tempore non fraudentur, Et inſuper ut omnes & ſingulos Abbates, Abbatiſſas, & praepoſitos Monaſteriorum utriuſque ſexus quorumcunque per terminos praepoſiturarum praedictarum conſiſtentium pro tempore electos, & eligendos ſeu alias vocatos ſive aſſumptos non confirmatos auctoritate noſtra per te vel alium ſeu alios cui vel quibus in tui abſentia duxeris committendum confirmare & eosdem ex juſtis & rationabilibus cauſis ammovere ſive repellere prout de jure expedit fertoneſque funerales nec non bona clericorum ab inteſtato decedentium fideliter exigere & colligere per te vel alios ut praefertur poſſis & valeas tibi tenore praeſentium damus licentiam & plenam facultatem inſuper tibi reſignationes beneficiorum cum cura vel ſine cura praedictas per praepoſituras & ipſarum terminos conſtitutorum ex cauſis permutation. ac alias ſimpliciter recipiendi permutationeſque

Digitized by Google

auctorizandi & conſumendi prout moris eſt & perſonas transferendi, tranſponendi, & de ijsdem providendi. Et altaria ac beneficia quaecunque canonice de novo creata & dotata, creanda & dotanda infra terminos earundem praepoſiturarum auctoritate noſtra ordinaria conſiſtentia & ſituata ſimili modo per te vel alium ſeu alios ut praemittitur confirmanda vices noſtras duximus committendas & committimus per praeſentes Praeterea propter diverſa viarum diſcrimina & pericula tales & non nullae aliae perſonae Eccleſiaſticae & ſaeculares ſaepius cum literis & proceſſibus apoſtolicis de Romana curia emiſſis & emanatis pro tempore praeſentiam noſtram ad impetrandum & obtinendum a nobis litteras teſtimoniales quae vidimus nuncupantur commode adire non poſſint tibi easdem literas & proceſſus apoſtolicos quoſcunque videndi & examinandi ac teſtimoniales literas ſuper eisdem dandi & concedendi vice & auctoritate noſtra plenam licentiam damus. & poteſtatem contradictores & rebelles ſuper praemiſſis quantum expedit per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo Peſtes vero qui nominati fuerint ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint ſimili cenſura compellas veritati teſtimonium perhibere. Datae apud Arcem ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina noſtro ſub ſigillo decima octava die menſis aprilis. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto.

II. Kurfurſt *Daniels* Lehenbrieff für graff *Ludvvig* zu *ſtollberg* über das Ertz-Cämmerer amt des Ertz-ſtiffts Mayntz. *finis.* des zu urkunde haben wir unſer innſiegel an dieſen brieff thun anhencken, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* den erſten tag Februarii Anno Domini 1565. *Lünig part. ſpec. Cont. II. forts. III. abtheil. VI. p.* 334.

III. *Daniel* Archiep. Imperatrici *Mariae* Lipſanothecam offert. *explicit.* Id quod noſtris hiſce litteris manu noſtra ſubſcriptis, ſigilloque munitis ad omnem poſteritatem atteſtatum volumus; quae datae ſunt *Spirae* in comitiis Imperii Anno ſalutis noſtrae MDLXX. die S. *Barbarae* virg. & Mart. IV. Decembris. *de Guden. Sylloge pag.* 684.

IV.

BEFEHL ERTZB. *DANIELS*, WIE ES SOLL MIT DEN GEFREITEN PERSONEN BURGERLICHER GÜTER AN SIC ZU BRINGEN, GEHALTEN WERDEN.

Wir *Daniell* von gottes gnaden des heyligen ſtuls zu *Maintz* Ertzbiſchoff des heiligen Römiſchen Reichs durch germanyen Ertzcantzler und Churfurſt. Bekennen und thun kunt hiemit offentlich, das wir von zeit unſerer regierung bishero, mit beſchwerten gemuet geſpurt und ſcheinbarlich befunden, wilcher geſtalt unſer und unſers Ertzſtiffts burger, unterthanen, hinderſaſſen, und zugewan-

wanten, unbewegliche und liegende weltliche gutter an heuſern hoffen, Gerten, Eckern, wieſen, weinberg und andern, ſo uns und unſerm Ertzſtifft mit Bethe, geſchoſs frondienſt, und atz, auch Landt, Reichs und Turcken ſteuren behafft, und von alter darin gehorig geweſen und noch etwan furſten graven, hern und vom Adel auch andern geiſtlichen und weltlichen gefreyten perſonen verkaufft und auffgeben werden, und was dieſelbige gefreyten perſonen alſo durch kauff oder andere contracten zu handen und ſich pringen, dauon keine herbrochte und geburlich dienſtbarkeiten laiſten. viel weniger Burgerliche beſchwerden tragen, noch einig Schatzung, Steur, Bethe, oder geſchoſs geben ſonder vor frey furſtlich, grafflich, und adelich Ritter guet, einhaben und behalten wollen, daraus ervolget, das gemelte unſere zuuor bedurfftige arme burger underthanen, hinderſaſſen, und zugewandten, hin und wider in unſerm ertzſtifft geſſen, Ihren beſten guther und narung entſezt werden, und von dem ubrigen geringen die burgerliche gemaine und ſtandbare beſchwerden wie ſie von alter da die entzogene gutter ingleichen anſchlegen und dinſten geweſen ſchuldig) allein tragen und fur die Ihenigen, ſo die beſten einhaben, und ſich vermainter freyheit anmaſſen, Bezalung und Laiſtung thun muſſen, dardurch ſie die arme burger und unterthanen ſampt und ſonder in ſolch verderben geraten, das Inen unſer und unſers Ertzſtiffts herprach-

te dienſt ubung und althe gerechtigkeit lenger zuuolnbringen und ſchuldigen gehorſam zu leiſten nit muglich, wie ſie auch ſich derſelbigen hohen beſchwerde, ſchaden und nachteyl mehrfeldig zu hefftigſten beclagt, und Ihr mehrer verderben gnediglich zuvor kommen underthenigſt gebetten.

Dieweil uns dan als dem Landfurſten aus getrewer ſorgfaltigkeit billich einſehens zu thun, und ſolche beſchwerden abzuſchaffen obligt, und geburt unſs auch do beneben erinnert, da dieſen dingen lenger zugeſehen daſſelbig unſerm Ertzſtifft an deſſen ober und gerechtigkeit, handtirung und commertien auch manſchafft, frondienſt, bethe geſchoſs, huet, wacht, erbeſſerung der ſtadt, flecken, hege, ſchlege, volg, raiſs und ſteuer abgang und ſchmelerung geberen wurde, wie dan unſere ſelige vorfharen vor vielen und undemklichen Iharen dergleichen beſchwerden auch bewogen und mit zu thun damals Ihrer Liebden Dumcapittels durch offene mandaten, und ſonſt vleiſſige abwerung gethain und zu thun verordnet.

So geben wir zu ernewerung deſſen auch furkommen meren ſchadens, und auff das ein Ieder wes ſtands er ſei, bie dem ſeinen darmit Ihnen der almechtige begabt, Im friden und herprachter ordnung bleyben moge, uns itzo mit den wurdigen und Erſamen unſern lieben andechtigen Dechant und Capittel unſers Dumbſtiffts *Maintz* wolbedechtiglich und einheillig verglichen, das den vorgedachten

freyen

freyen perſonen, ſie ſeyen geiſtlich oder weltlich nhun hinfuro burgerliche ſchosbare und dienſtbare gutter zu kauffen, oder durch andere mittel an ſich bringen mit nicht zu gelaiſſen werden ſoll.

Und hierauff ordnen, ſetzen und gepieten wir euch den wurdigen veſten, Erſamen, und hochgelarten unſern lieben andechtigen und getrewen, allen und Ieden unſern und unſers Ertzſtiffts cammerer, prothonotarien, ſiglern, vitzthumben, Amptleuten, kellern, zent grauen, Schultheiſſen rathen gerichten geiſtlichen und weltlichen burgern, gemeinden heimbergern untherthanen und zugewanten wo und ahn wilchenn orten die in unſerm Ertzſtifft geſeſſen und do beguttet, bei ewren pflichten und aiden, damit Ihr uns und unſerm Ertzſtifft zugethain ſeindt oder kunfftig werden, ſampt und ſonderlich hiermit ernſtlich und wollen, das Ihr und ewer nachkommen hinfuro kein burgerlich bethbar noch dienſtbar gut, in unſerm Ertzſtifft deſſen obrigkeit, Landen Immuniteten und gepieten, gelegen, oder dorin gehorig, in einiger gefreyter perſonen hende es ſei furſt, graff, her, ſtifft, cloſter Univerſitet, ritter Edelman knecht canonic, pfarhern vicarien oder was geiſtlichen und weltlichen ſtandts der gefein mochte ſie ſeyen gleich in unſerm Ertzſtifft geſeſſen oder nit, ohn unſer wiſſen willen und ſonderlichen ſchrifflichen beſigelten geheiſs verkauffen, vereuſſern, vertauſchen oder in andere weiſs, wie man die erdencken

mag,

Digitized by Google

mag, verwenden, noch einig auffgifft, banbrieff, einwerung, von oberkeit gerichts, ampts, oder ewern wegen thun oder furgehn laſſen ſollen.

Desglichen den Notarien offnen Schribern oder andern zu den ſelben jetzt verbottenen contracten, kauffen verkauffen, verwechſelung und vereuſſerung zu gehn darbei zu ſein, Ir ampt zu uben daruber zu urkunden, zu inſtrumentiren oder zu bezeugen keins wegs geſtatten, ſonder dieſem unſerm offnen mandat und gebott vor euch ſelbſt gehorſamlich zu geloben, und gegen menniglich mit ernſtem vlaiſs handhaben und vollſtrecken.

Wo aber durch einen oder den andern niemants ausgeſcheiden, deſſen unſerm mehrgemelten offnen mandat etwas zu widder furgenomen contrahirt, und verhandelt wurde, ſo wollen wir daſſelbig ein nichtigkeit, gantz krafftloſs, unwurdig ſein, auch von menniglich alſo gehalten werden ſoll, und nicht deſto weniger ſolch gutter, darumb vermaintlich contrahirt uns und unſerm Ertzſtifft lediglich verfallen ſein, und unsernt wegen eingezogen, dorzu die ubertretter als kauffer, verkauffer, Schultheiſs gericht, und alle diejenigen ſo ſolche ding durch zu bringen und zu befurdern underſtehen wolten, auch die Notarien, offene Schreiber und andere ſich dorzu gebrauchen laiſſen, mit ungnaden unnachleſslich geſtrafft werden, dorfur weiſs ſich ein jeder ſampt und ſonder zuuerhuten,

des

des zu urkunth haben wir unſer ſecret diſem mandat furzutrucken verordnet und wir Dechant und Capittel gemainlich des dumbſtiffts zu *Maintz* bekennen das diſſes und alles mit unſerm wiſſen und willen ſtehet und veſte zu halten, beſchloſſen iſt.

Deſſen zu bekantnuſs haben wir unſers Capittels ſecret bey obgemeltes unſers gnedigen lieben hern ſecret auch aufftrucken laiſſen geſchen am ſambſtag nach dem newen jarstag den 2. januarij Im jar tauſent funffhundert und vier und ſiebenzigk.

XLV.

SIGILLUM *WOLFFGANGI* ARCHIEP. MOGUNT.

ab an. MDLXXXII—MDCI.

Quoad ſigilli ornatum aliamque ejusdem diſpoſitionem remittimus Amicum Lectorem ad ſigilla praecedentia ſub num. XLIV & XLIII. — Ad latus *Wolffgangi* ſiniſtrum Camerariorum de *Wormatia*, *Dalberg* nuncupatorum ſcutum cœruleum ſex liliis albis inſtructum (quæ lilia etiam alæ expanſæ parmæ ſuper impoſitæ inſerta ſunt) conſpicitur. Sigillo inſcriptum eſt: S. *WOLFFGANGI.* D. G. SANCTAE. MOGUNT. SEDIS. ARCHIEPI. SACRI. RO. IMPERIJ. PER GER-

GERMANIAM. ARCHI CAN. AC. PRINC. ELECTOR.

In ſigillo minori quadripertito Rota Moguntina cum ſex radiis & lilia ſuperius memorata in areis occurunt. Crux Archiepiſcopalis gladium inter & pedum ſuper impoſita. Inſcriptio talis eſt: S. *WOLFFGANGI* ARCHIEPISCOPI. MOGUNT. PRINC. ELECTOR &c.

Quædam addimus *Wolffgangi* documenta.

I.

WOLFFGANGUS ARCHIEP. CONSTITUIT COMMISSARIUM IN ECCLESIASTICIS PER HASSIAM EICHSFELDIAM, THURINGIAM SAXONIAM.

Wolfgangus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Electus ſacri Romani Imperii per germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector. Honorabili *Theoderico Buchmair* jurium Doctori collegiatæ Eccleſiæ B. *Mariae* virginis Decano ac ſigillifero curiæ noſtræ Archiepiſcopalis Erffurden. devoto & fideli nobis in Chriſto dilecto ſalutem in Domino ſempiternam. Eccleſiarum utilitatibus & ſubiectorum commodis, quantum poſſumus & valemus paterna ac paſtorali ſollicitudine providere cupientes, Tibi ut Rectoribus Eccleſiarum Parrochialium & beneficiorum Eccleſiaſticorum cum vel ſine cura per Fritzlarien. Iechburgen. Beatæ *Mariae* & ſancti *ſeveri* Erffurden.

den. Dorlanen. Heiligenſtaden. Geiſmarien. Northauſen. Embecen. & Bebracen. præpoſiturarum terminos noſtrae diœceſis conſiſtentium pro tempore, ut in ſuis Parrochialibus Eccleſiis & beneficiis Eccleſiaſticis, quae obtinent de præſenti & in futurum obtinebunt, reſidere pro tempore minime teneantur. Nec non ad hoc id compelli præpoſitos earundem Eccleſiarum ſive beneficiorum etiam ad tempus & tempora de quibus tibi videbitur expedire. Ex cauſis tamen legitimis & rationabilibus animum tuum ad hoc moventibus, vice & auctoritate noſtra dare & concedere poſſis & valeas. Et quod ipſi Rectores & beneficiati fructus reditus & proventus beneficiorum ſuorum in ſui abſentia, ex cauſa tamen rationabili & legitima cum ea integritate percipere valeant & poſſint. Quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, ac ſi reſiderent in eisdem: proviſo tamen quod ipſa beneficia Eccleſiaſtica tempore abſentiæ Rectorum ſuorum pro tempore debitis divinorum officiis, & ſacramentorum miniſtrationibus, hospitalitate debita & conſueta juribus papalibus & Epiſcopalibus ac ſinodalibus & aliis ſibi incumbentibus oneribus pro tempore ſecundum conciliorum provincialium Moguntin. ſtatuta & juris communis diſpoſitionem non defraudentur. Et inſuper, ut omnes & ſingulos Abbates & Abbatiſſas, ac præpoſitos Monaſteriorum utriuſque ſexus quorumcumque ordinum per terminos præpoſiturarum prædictarum conſiſtentium pro tempore Electos

tos & eligendos ſeu alias vocatos, ſive aſſumptos, non confirmatos, auctoritate noſtra per te vel alium ſive alios, cui vel quibus in tui abſentia id duxeris committendum, confirmare, & eosdem ex juſtis & rationabilibus cauſis amovere ſive repellere, prout de jure expedit, Fertonesque funerales, nec non bona clericorum ab inteſtato decedendi fideliter exigere & colligere per te vel alios, ut præfertur poſſis & valeas Tibi tenore praeſentium damus licentiam & plenam facultatem. Inſuper tibi reſignation. beneficiorum cum vel ſine cura per praepoſituras & ipſarum terminos conſtitutorum ex cauſis permutation. ac alias ſimpliciter, recipiendi, permutationeſque authoriſandi & conſumandi prout moris eſt & perſonas transferendi, transponendi, & de eisdem providendi. Et Altaria ac beneficia quæcunque canonice de novo creata, & dotata, creanda & dotanda, infra terminos earundem præpoſiturarum auctoritate noſtra ordinaria conſiſtentia & ſituata ſimili modo per te vel alium ſeu alios, ut præmittitur confirmandum: Nec non vacante officio vicariatus in Pontificalibus in oppido noſtro Erfurdien. Indulta pro recipien. Minoribus ordinibus a quocunque Antiſtite catholico communionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ habente, noſtro nomine concedere poſſis & valeas, vices noſtras duximus committendum & comittimus per præſentes. Præterea cum propter diverſa viarum diſcrimina & pericula, tales & non nullæ aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ & ſæculares

lares ſæpius cum literis & proceſſibus Apoſtolicis de Romana curia emiſſis & emanatis pro tempore preſentiam noſtram ad impetrandum & obtinendum a nobis litteras teſtimoniales, quæ vidimus nuncupantur commode adire non poſſint, tibi easdem literas & proceſſus Apoſtolicos quoſcunque videndi & examinandi, ac teſtimoniales literas ſuper eisdem dandi & concedendi, vice & auctoritate noſtra plenam licentiam damus & poteſtatem contradictores & rebelles ſuper præmiſſis quantum expedit, per cenſuram Eccleſiaſticam compescendo. Teſtes vero qui nominati fuerint, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint ſimili cenſura compellas veritati teſtimonium perhibere. Datæ, apud *arcem Sancti Martini* in civitate noſtra Moguntina ſub ſigillo noſtro die viceſima menſis Aprilis Anno Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſecundo.

Mandato ejusdem Rm Dni Dni *Wolfgangi* electi Moguntinen. Principis Electoris &c.

Petrus Kraijch
Secretarius.

II. Kurfürſt *Wolffgangs* lehen brieff für die herren *Reüſſen* von *Plauen* übet *Crunichfeld* und andere Lehen güter in *Thüringen. finitur*: Uhrkund dieſes briefs mit unſerm anhangenden inſiegel verſiegelt. Der geben iſt zu St. *Martinsburgk* in unſer ſtadt *Maintz* montags den 13. Auguſti Anno Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio. *Lünig*

part. ſpecial. cont. II. forts. III. abtheil. VI. p. 262.

III. Vertrag zwiſchen kur Maintz und der Reichsſtadt *Francfurt* am *Mayn* das markt ſchiff und geleite betreff. *deſinit* des zu urkund haben wir unſer inſiegel an dieſen vertrags brieff thun hencken, ger geben iſt zu *Aſchaffenburg* freytags den zwanzigſten januarii anno Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto. ſtylo novo. *Lünig part. ſpec. I. Th. p.* 397.

IV. Vertrag zwiſchen kur Maintz und den Graffen von *Waldeck* wegen ſtadt und ambt *Naumburg* auch der halben herrſchafft *Itter. explicit.* In urkund haben wir. . . unſer gewönliche pittſchafften. . . aufftrucken laſſen. . . zu *Fritzlar* mittwochens den 15 ſtylo conſueto aber den 25 Maji ſtylo novo. . . 1588. *Lünig. part. ſpecial. contin. I. forts. III. pag.* 29.

V.

WOLFFGANGI ARCHIEP. ORDINATIO ET DISPOSITIO CIRCA PRAEPOSITURAM ECCLESIAE COLLEGIATAE ASCHAFFENBURGENSIS.

Wolffgangus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector omnibus & ſingulis, ad

ad quos hæ litteræ noſtræ pervenerint, ſalutem in Domino ſempiternam.

Poſtquam a Principe illo pacis ad paſtorale munus vocati ſumus, ſedulo laborandum duximus, ut pax & concordia in clero & populo nobis commiſſo ſervaretur, quo omnes conjunctis animis & viribus, quæ ad honorem cultumque Dei, Reipublicæ decus & veram tam animæ quam corporis ſalutem faciunt, amplecterentur, foverent & promoverent; Compertum autem eſt multas difficultates & maximas controverſias ab adminiſtratoribus Præpoſituræ in noſtra Eccleſia Aſchaffenburgenſi a multis annis excitatas & ex eorum adminiſtratione ſive abſentes ſive reſidentes ij fuerint, Eccleſiæ parum commodi, incommodi vero plurimum acceſſiſſe, injuria & incuria ſuperiorum temporum & Præpoſitorum attinentiis cunctis Præpoſiturae omnino collapſis, rebuſque omnibus confuſis. Unde ſupplicatum nobis fuit ab honorabilibus nobis in Chriſto dilectis Decano & Capitulo Eccleſiæ noſtræ Aſchaffenburgenſis, ut gratioſe illis indulgere & concedere velimus, quo ipſi Decanus & Capitulum Præpoſituram eam ita futuris temporibus adminiſtrare poſſint, ut poteſtatem in feudis Præpoſituræ & Eccleſiæ ſuæ diſponendi habeant & ut Canonicatus ſive præbenda, quam Præpoſitus conferre habet, menſe ordinario in turnum referatur; Reliqua beneficia quæ de collatione Præpoſiti extiterunt, ad electionem ipſorum Decani & Capituli menſe Capitulari ſpectent; judicialia vero

omnia & jurisdictionis ſpiritualis integra adminiſtratio ad noſtrum tribunal, ut hactenus conſuetum fuit, remmittantur, cum ex confuſione iſta magna in redditibus & juribus eccleſiarum ipſa quoque Eccleſiaſtica diſciplina multum corruerit, noſque curia Præpoſitali plane, ut res ipſa indicat, ruinoſa & collapſa, una cum horto adjacente & aliis, quæ jam prædeceſſores noſtri in manibus habuerint, pro noſtra commoditate ſine ipſorum Decani & Capituli contradictione, ut hactenus, ità impoſterum utamur. Cum itaque hæc ad pacem & tranquillitatem, decus & commodum Eccleſiæ ſpectare noverimus, precibus eorum libenter annuimus & diſpoſitionem jam memoratam in Præpoſitura & eam concernentibus auctoritate noſtra, quantum de jure poſſumus & debemus tenore præſentium approbamus & confirmamus, & quo majus robur iſta habeant, ſigilli noſtri appenſione munivimus. Datæ apud *arcem ſancti Martini* in civitate noſtra Moguntina ſeptimo idus Maji anno 1589.

Ex mandato ejusdem Rmi Dni Dni *Wolffgangi* Archiepi. Moguntini Principis Electoris &c.

Philipp. Wolff a *Roſenbach.*

VI. Vertrag zwiſchen kur Maintz und der Reichſtadt *Francfurt* am *Mayn* den abzug und zehenden pfennig betreffend. *finis.* deſſen zu urkundt und beſtättigung haben wir Ertzbiſchoff *Wolffgang* Churfürſt auch wir burger mei-

Digitized by Google

meiſter und rath des heiligen Reichs ſtadt *Francfurt* unſer jnſiegel für uns und unſeren Ertzſtifft und nachkommen zu end hieran gehangen, ſo geſchehen iſt uf Donnerſtag den eylfften januarii Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo nonageſimo. *Lünig. part. ſpec. cont. I. forts. III. p.* 33.

VII. Abſchied zwiſchen kurfürſt *Wolffgang* und den ſämtlichen graffen zu *Stollberg* wegen der graffſchafft *Königſtein. finis.* Und deſſen alles zu mehrer urkundt auch beſſern und gleichmäſigen behalts willen ſeind dieſer abſchied zween gleiches inhalts begriffen auch von mehr höchſt ernannten unſerm gnädigſtem herrn dem Ertzbiſchoffen zu *Maintz* &c. und wohlgedachten herrn Graf *Wolff Ernſten*, *Ludvvig Georgen* und *Chriſtoffen* vor [illegible]n und ihr gnaden abweſende gebrüder und [illegible]ttern, graff *johann* und *Heinrichen* zu *ſtollberg* &c. mit eigenen handen unterſchrieben und mit allerſeits ihrer . . ſecret inſiegeln und gräfflichen pittſchafft bekräfftiget worden. So geſchehen iſt zu *Aſchaffenburg* am dritten februarii ſtylo correcto, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo nonageſimo. *Lünig ſpicil. Eccleſ. I. Th. forts. p.* 146.

VIII. Vergleich zwiſchen kurfürſt *Wolffgang* und Landgraffen *Ludvvigen* zu *Heſſen* über einige irrungen in der hohen marck bey *Urſel. explicit.* und deſſen zu urkund haben wir Ertzbiſchoff *Wolffgang* und Landgraff *Ludvvig* . . . unſer inſiegel an diſen brieff thun hencken . . . geſchehen den 14. jul. neuen

und 4. alten calenders im jahr nach unſers herrn und ſeeligmachers geburth ein tauſendt fünffhundert neünzig und neün jahr. *Lünig ſpic. Eccl. Cont. I. p.* 228.

XLVI.

SIGILLUM *JOANNIS ADAMI* ARCHIEP. MOGUNT.

ab an. MDCI—MDCIV.

Sigillum Majus ad normam præcedentium reperio diſpoſita, præterquam quod in Rota Moguntina hic ſex tantum radii numerentur & arma gentilitia familiæ nobiliſſimae de *Bicken* ad latus Archiepiſcopi ſiniſtrum conſpiciantur, nempe duæ fasciæ rubeæ in parma argentea, quas quoque videre eſt in galea cornibus impoſitis ſigillo circum ſcriptum eſt: S. *JOANNIS ADAMI* D. G. SANCTAE. MOGUNT. • SEDIS. ARCHIEPISCOPI. SACRI. ROM. JMPERIJ PER GERMANIAM. ARCHICANCEL. PRINC. ELECT.

Quadripertito alteri ſigillo ejusdem cum præcedente magnitudinis inſerta ſunt ſcuto Rotæ & faſciæ antea deſcriptæ. ſola crux Archiepiſcopali ſuperius eminet. Extra ſcuti medium 16—01. legitur. ſigilli inſcriptio talis eſt: *S. Joannis Adami. Electi Archiepiſcopi. Moguntini. Principis. Electoris.* 1601.

Unicam chartam ſigillo *Joannis Adami* munitam proferre licet.

BOE-

BOENIGKHEIMER LEHEN BETREFFEND.

Wir *johann Adam* von Gottes gnaden des h. Stuls zu *Maintz* erwölter und beſtettigter Ertzbiſchoue, des heiligen Römiſchen Reichs durch Germanien Ertzcantzler und Churfürſt. bekennen und thuen kund offentlich mit dieſem brieff, das wir unſerm lieben getrewen *Georg Wolffen* von *Welvvarth* und ſeinen Mannlehens erben uff ſein ahn uns gelangte undertenigſte pitt den halben achten theil zu *Bönigkheim* mit allen ſeinen zugehörungen ſo von unſerm Ertzſtifft zu Lehen rühret und gehet, und etwa *Heinrich* von *Welvvarth* ſelig von *Bernharden* von *Nippenburg* der den von Weiland *Hans Ludvvigen* von *Nippenburg* ererbt gehabt, mit verwilligung unſers vorfahren Ertzbiſchoffs *Bertolds* erkaufft und von unſern vorfahren volgendts *Georg Heinrich* von *Welvvarth*, hernacher *Georg Conrad* von *Welvvarth* ſein Son, ſodann *Georg Reinhard*, obgedachts *Georg Wolffen* Vatter, und jüngſt Er *Georg Wolff* von *Welvvarth* als der Eltiſt ſelbſt von ſein und *Sebaſtian* von *Welvvarts* ſeines Bruders ſeligen wegen den von unſerm vorfahren ſeel. und Ertzſtifft *Maintz* zu Mannlehen empfangen und getragen, zu rechten Mannlehen gnediglich geliehen haben, und thuen das hie mit wiſſentlich in crafft dis brieffs in allermaſſen der dem benannten Weiland *Hans Ludvvigen* von *Nippenburg* und volgends obgemel-

melten von *Welvvarth* geliehen und durch ſie empfangen getragen und herbracht iſt. Und der obgenant *Georg Wolff* von *Welvvarth* hat auch den berürten halben achten theil zu *Bönigkheim* empfangen darüber in trewen gelobt, und leiblich ainen Aydt zu Gott und den heiligen geſchworen, uns, unſeren Nachkommen und Ertzſtifft getrew hold und gehorſam zu ſein, unſern Schaden zu warnen und beſtes zu werben, ſolch Mannlehen getreulich zu verdienen mit trewen Ayden und dienſten das zu empfahen, darüber zu geloben, und zu ſchweren, ſo dick das not geſchicht, In allermaſſen er das jetzo von uns empfangen, darüber gelobt und geſchworen hatt, und nemblich alles das zu thun, das ein Mann ſeinem rechten Herrn von ſolches Mannlehens wegen ſchuldig und pflichtig iſt, zu thun, und als ſolches Mannlehens recht und gewonheit iſt. Wir haben auch in dieſer Leyhung ausgenommen unnſer, unnſerer Nachkommen und Ertzſtifft, unnſer Mann und eines jeglichen Recht, alle arge liſt und geuehrde hierin ausgeſcheiden. Des zu urkundt haben Wir unſer Inſiegel ahn dieſen Brieff thun hencken der geben zu *Aſchaffenburg* donnerſtag nach S. *Martin* unſers Ertzſtiffts Patronen tag den funffzehenden Novembris Anno Domini Milleſimo Sexcentiſimo primo.

Ex Mandato ejusdem Rmi & Ilimi Dni Dni *Johannis Adami* Archiepiſcopi Moguntin. Principis Electoris

Ex Orig. *Petrus Kreych* von *Harth* Secretarius p. m.

XLVII.

XLVII.

SIGILLUM
JOANNIS SUICARDI
ARCHEP. MOG.
ab an. MDCIV — MDCXXVI.

Ejusdem formæ cum præcedente. E latere vero dextro cernitur Rota Moguntina cum ſex radiis & e ſiniſtro Archiepiſcopi in habitu Pontificali cum cruce & pedo ſedentis, inſignia familiæ Cronbergicæ, corona nempe cum montibus adparent. Ejusmodi quoque montes in forma acuminiata ſuper impoſiti galeæ videntur.

Sigillum alterum priori majus in quatuor diviſum areas in prima & quarta Rotam Moguntinam cum ſex radiis oſtendit, in ſecunda & tertia mox deſcripta hujus nobiliſſimæ gentis arma. Crux Archiepiſcopalis in medio ſcuti ſuper eminet, a lateribus ſcuti legitur 16—04. peripheriæ inſcriptum eſt: *Joannis Schweickardi Electi Archiepiſcopi Moguntini Principis Electoris.*

Documenta hujus Archi præſulis pauca hic memoramus.

I.

SANCTIMONIALIBUS S. *PETRI* IN *CRUZENACH* OB AVITAM RELIGIONEM EXPULSIS ASSIGNATUR TANDEM MONASTERIUM. S. *AGNETIS* IN PERPETUUM.

Johannes Suicardus Dei gratia S. Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus &c.

Religioſis devotis nobis in Chriſto dilectis Matri & conventui monaſterii S. *Agnetis* in civitate noſtra Moguntina eiusque ſororibus tam præſentibus quam futuris regularem vitam & ordinem S. *Auguſtini* profeſſis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ante aliquos annos vos in monaſterio S. *Petri* prope *Crucenacum* exiſtentes propter mutatam ibidem religionem noſtram Catholicam expulſæ ac in monaſterium noſtrum *Eybingen* in *Ringavia* de conſenſu Prædeceſſorum noſtrorum receptæ, tandem in monaſterium noſtrum S. *Agnetis* in civitate noſtra translatæ fueritis ac uti edocti ſumus, in eo hactenus laudabiliter vixeritis ac divino obſequio mancipatæ nichil alienum a regulari vita egeritis ac ea intentione in perpetuum in eodem permanere & divino cultui operam dare inceſſanter precibus juxta regulam veſtræ religioni præſcriptam vacare velitis; Nos ſupplicationibus veſtris inclinati quo ardentius pietatis operibus invigilare & inſiſtere valeatis, præſentibus ſtatuimus, ut perpetuis futuris temporibus in eodem monaſterio noſtro S. *Agnetis* permanere, divinum

num cultum inibi peragere & regularem vitam ſub habitu veſtro ordini conveniente tranſigere poſſitis & debeatis & inſuper vobis omnium bonorum eiusdem monaſterii adminiſtrationem decernimus & concedimus, volentes & diſtricte præcipientes, ut hujusmodi bona in debita ſtructura & cultura teneantur, nec ſine noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum conſenſu alienentur aut permutentur ſeu deſolentur, cenſusque & reditus ſi qui ſint, debito tempore exigantur & ſubleventur atque hujusmodi adminiſtrationis veſtræ nobis ac ſucceſſoribus noſtris ſeu commiſſariis noſtris ad id pro tempore deputandis fidelem & legalem rationem reddatis & in omnibus vos tales exhibeatis, quales decet eſſe devotas & Deo dicatas virgines aliquando ſponſo ſuo Chriſto de tranſacta vita & adminiſtratione rationem redditurus. Ut autem præmiſſa efficacius adimpleantur, præcipimus & damus in mandatis tenore præſentium omnibus & ſingulis noſtris ſubditis in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna quam in omnes & ſingulos rebelles & contradictores ex nunc prout ex tunc ferimus in his ſcriptis, quatenus ipſi prompto & benigno affectu prædictas Matrem & Conventum Monaſterii prædicti eiuſque ſorores recipiant, ſuscipiant & admittant, noſtrisque hujusmodi mandatis pareant ac efficaciter obediant prout obedire tenentur. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem has præſentes noſtras litteras ſecreti noſtri juſſimus & fecimus appenſione muniri.

Datæ

Datæ apud *arcem* S. *Martini* in civitate noſtra Moguntina Anno a Nativitate Dni MDCV. die 25. julij.

Ex mandato ejusdem Rmi Dni
D. Archi Epiſcopi &c.

II. Ertzbiſchoffs *johann Suicard* und Landgraff *Ludvvigs* zu *Heſſen* als kaiſerlichen commiſſarien in den bürgerlichen troublen zu *Franckfurth* mandatum an jezt beſagte ſtadt, das ſie dero ſubdelegirten räthen mehr reſpect, als biſshero geſchehen, erweiſen, im widigen fall aber eine nachdruckliche ahndung deſſentwegen erwarten ſolle. *deſinit*: Deſſen zur urkunde haben wir Ertzbiſchoff *johann Schvveighardt*... und wir *Ludvvig*... unſere ſecret jnſiegel zu ende dieſes briefſs angetruckt. ſo geben den zwölfften monatstag Septembris Anno ſechzehen hundert und vierzehen. *Lünig part. ſpec. contin. IV. Th. I. pag.* 705.

III.

CAPUCINI IN CIVITATEM MOGUNTINAM ADMITTUNTUR.

Joannes Suicardus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis lecturis ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Accenſi divinæ gloriæ zelo, propagandæque

Ca-

Catholicæ fidei ſtudiis intenti, merito ad ſacros Religioſorum ordines animum cogitationesque convertimus, quibus Divini nominis cultum vel maxime contineri conſtat. Cum itaque Patres Capucini, Ordinis S. *Franciſci* (quos Patres & ſingularis vitæ obſervantia & cum pietate charitateque conjuncta patientia, nec non aliæ inſignes & ad ædificationem univerſi populi Chriſtiani perquam accomodæ dotes inprimis commendant) hactenus neque in civitate neque in tota diœceſi noſtra Moguntina ullum receptum vel domicilium ſortiti eſſent, jam vero inſpirante Domino ac nobis etiam omni voluntate annuentibus conſentientibusque in ipſam Metropolim noſtram *Moguntiam* commigrandi, ibique conventus & monaſterii juxta regulas ordinis ſui extruendi atque inſtituendi ſuscepiſſent conſilium. Nos reputantes animo, quantum aliis noſtris in vinea Domini jam conſtitutis fidis operariis, hi tam conſtantes ſynergi & paraſtatæ opis auxiliique in domino forent allaturi, quo & facilius & celerius inſtituto ſuo potiri & loco commodiore tutioreque ſibi ac poſteris ſuis religioſum conſtruere domicilium ſive monaſterium poſſent, excluſa omni ſiniſtra machinatione, fraude & dolo ex certa noſtra ſcientia pura item mera ac libera voluntate, ſimpliciter, irrevocabiliter & inter vivos tum noſtro tum hæredum noſtrorum (nobilis ſcilicet familiæ de *Cronberg*) nomine propter Deum & loco Eleemoſynæ inque animæ noſtræ remedium, illis donavimus, ceſſimus ac tra-

tradidimus, quin & vigore præſentis documenti donamus cedimus ac tradimus omni meliori forma ac modo prout de jure id efficacius fieri poteſt vel debet, domum noſtram ſive aream Weſterburgenſem (ita dictam) *Moguntiæ* in vico S. *Ignatii*, a dextero quidem latere juxta antiquam Domum Cronebergenſem, a ſiniſtro vero juxta aliam quandam humilem & ruinoſam caſulam ſitam, deinde a parte meridionali ad muros civitatis, ſtricta tamen interjecta ſemita, a ſeptentrione vero ad publicam vici plateam pertingentem ac proprietarie a nobis haud pridem a generoſis comitibus de *Weſtenburg* emptam, cum omnibus juribus & pertinentiis ejusdem cum acceſſibus, ingreſſibus, egreſſibus, muris portis, hortis, arboribus, ruderibus, ædificiis & quibuscunque aliis adjacentiis, cohærentiis prærogativis, ſervitutibus, libertatibus in vias usque publicas & ſupra poſitos confines, prout univerſa & ſingula hæc ſupra dictæ emptionis titulo quiete hactenus poſſedimus atque in litteris ejusdem emptionis (quas ſimul iisdem Patribus capucinis cum hoc authentico documento atque ipſis etiam domus clavibus plene ac totaliter tradidimus) copioſius continentur, immittentes eosdem in plenariam omnium & ſingulorum poſſeſſionem, facultatemque ipſis dantes ſupra ſcriptam domum cum ſuis confinibus pro modo ordinis & profeſſionis ſuæ propria authoritate apprehendendi perpetuo & irrevocabiliter habendi tenendi poſſidendi & in formam collegii conventualis aut monaſterii

nova

nova ædificatione pro ſuo arbitrio & ordinis commoditate convertendi, promittentes inſuper noſtro atque univerſorum ſupra memoratorum hæredum noſtrorum nomine præmiſſam donationem, ceſſionem, traditionem, immiſſionem & reliqua omnia ſupra ſcripta perpetuis futuris temporibus grata & rata habitum nec in minimo unquam vel propria authoritate vel alieno miniſterio, ope aut conſilio de jure vel facto iisdem contraventum iri, Denique id unum a prædictis Patribus capucinis ſtipulantes ſeu potius deſiderantes ut & ipſi & poſteri eorum perpetuis itidem futuris temporibus noſtri tanquam in hac Metropoli primi fundatoris ſui, tum vero etiam præter legitimos in hac ſ. ſede Archiepiſcopali ſucceſſores noſtros peculiariter quoque hæredum noſtrorum & nominatim univerſæ nobilis familiæ de *Cronberg* in ſanctis ſuis orationibus, precibus & ſacrificiis aliisque piis & meritoriis operibus religioſe membres eſſe atque inprimis ſalutem animæ noſtræ, reliquorumque jam dictorum hæredum & propinquorum omnipotenti Deo B. *Mariæ* virgini atque univerſo ſanctorum choro jugi atque inceſſabili contentione commendare velint & debeant, recipiente a nobis & in optima juris forma ſuo & poſterorum ſuorum adeoque totius ordinis nomine, juxta tamen eiusdem ordinis ſtatuta & regulas, quibus per hæc ne in minimo quidem contraventum voluit, acceptante hanc præſentem donationem, ceſſionem, traditionem, omniaque ſupra ſcripta religioſo & devota

voto nobis in Chriſto dilecto Patre *F. Michaele Oenipontano* Capucinorum Spirenſis Diœceſis in præſens ſuperiore. In quorum omnium & ſingulorum fidem, hoc præſens documentum & manus propriæ ſubſcriptione & ſigilli noſtri appenſione curavimus communiri. Datæ *Aſchaffenburgi* in arce noſtra S. *Joannis* pridie converſionis S. *Pauli* qui fuit XXIV. januarii Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo decimo octavo.

Joannes Suicardus Archi Epiſcopus Mogun:

Ex mandato ejusdem Rmi atque Illmi Domini Dni *joannis Suicardi* Archiepiſcopi Moguntini Principis Electoris.

Juſtus Baronius D. Conſiliarius Mogunt.

IV. Aus ſchreiben von kur Maintz zu der Wahl eines Römiſchen Kaiſers nach abſterben kaiſers *Mathiæ . . finis.* und deſſen zu urkund haben wir unſer gros inſiegel an dieſſen brieff wiſſentlich thun hencken, der geben iſt zu *Aſchaffenburg* in unſerer ſanct *Johannisburg* den 29. Martij Anno 1619. *Lünig part. ſpec. cont. I. forts. III. p.* 33.

V. Aſſecuration einiger catholiſcher kurfürſten vor ſich und in nahmen aller catholiſcher ſtänden, das, dafern die der Augſpurgiſchen confeſſion zugethane ſtände des ober-

und

und Niederſächſiſchen Creyſes, ſo weltliche inhaber der Ertz-und ſtiffter ſambt darzu gehöriger güther ſind, es mit jhro Kaiſerl. Majeſtæt bey dem Böhmiſchen unweſen und ſonſt halten werden, ſelbige von den Catholiſchen deswegen nicht überzogen noch vergewaltiget werden ſollen. *terminatur.* zu beſſerer und unverbrüchlicher haltung deſſen allen haben wir beyde churfürſten für uns, unſere nachkommen auch andere Catholiſche ſtände dieſe verſicherung mit unſerm ſecret ... bekräfftiget; ſo geſchehen bey der churfürſtlichen zuſammenkunfft zu *Mühlhauſen* den 10. 20. Martii Anno 1620. *Lünig part. ſpec. I. Th. p.* 284.

VI. Kurfürſten *johann Schwickardts* Teſtament. *finitur.* Deſſen allen zu wahrer glaubwürdiger urckundt haben wir es mit eigenen handen unterſchrieben und unſer gewöhliche inſiegel angehangen, ſo gegeben und geſchehen zu *Aſchaffenburg* in unſerer S. *joannisburg*, Montag nach *Eſtomihi* den 24. Martii Anno Domini 1620. *Lünig. ſpicil. Eccl. I. Th. forts. p.* 154.

VII.

CAPUCINI ADMITTUNTUR *ASCHAFFENBUBGI.*

Joannes Suicardus Dei gratia ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per germaniam Archicancellarius ac Prin-

Digitized by Google

ceps Elector Universis & singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Quandoquidem præsens hæc ætas non minus (pro dolor) ac patrum nostrorum memoria plurimis & fidei & morum corruptelis referta est, atque una quidem ex parte plenis agminibus effusi Novatores priscæ atque orthodoxæ Ecclesiæ doctrinam novis commentis atque impostoris suis pessime suffarcinatam ad ravim usque contaminare atque adulterari haud cessant, parte vero ex altera impietas, profanitas & conscelerata morum protervia ita passim caput extulit, ut erectis quasi vexillis triumphare ac media in Christi Ecclesia virtute probitateque ad internecionem deleta regnum statuere velle videatur. Postulat utique officium eorum qui ad gubernacula gregis Dominici constituti, tandem Principi pastorum gravem administrationis suæ rationem reddituri sunt, ut omnibus animi corporisque viribus in contrarium annixi missisque fidelibus in messem Domini operariis & fidei sinceritatem pura & incorrupta prædicatione vindicare, conservareque & morum sanctimoniam profligatis impietatis zizaniis omnibus hominum ordinibus, statibus atque ætatibus postliminio quasi restituere ac firmiter implantare contendant. Cum igitur nobis jam multis rerum argumentis experimentisque constaret, quam utilem in utroque genere operam sanctæ Christi Ecclesiæ inter cæteros Religiosorum ordinum professos præstarent Patres Ordinis S. *Francisci* dicti Capucini concionando acres ac

zelosi

zelosi & vitæ morumque castimonia inprimis clari ac conspicui, post Metropolim nostram *Moguntiam* atque alias insigniores civitates, præfecturas & oppida sufficienti hujusmodi doctorum & pastorum præsidio (ut arbitramur) munitam, virisque verbo opere & exemplo potentibus instructam pro Archiepiscopali cura & solicitudine nostra prætermittendum non putavimus, quin & huic secundariæ Residentiæ nostræ Aschaffenburgensi de pari spiritus armatura provideremus, adscitisque uno prope tempore & Patribus jesuitis & Patribus capucinis pios eorum labores, qui hactenus in vinea Domini tum adversus circum strepentes fidei hostes & lupos, tum etiam contra impietatis & profanitatis castra haut segniter suo loco dimicassent, quantum cum Domino possemus, provide sublevaremus; quam quidem pastoralem curam & solicitudinem nostram cum multi non soluni ex plebe verum ipse quoque secularis clerus noster adeo grato secundoque prosecutus sit animo, ut honorabilis inprimis & devotus nobis sincere dilectus *Joannes Bertzius* Collegiatæ Ecclesiæ nostræ Aschaffenburgensi Scholasticus sœpedictis Patribus Capucinis pro stabili receptu & necessaria habitatione patrimonialem quandam domum suam cæmiterio parochialis Ecclesiæ B. *Mariæ* virginis & sacello S. *Michaelis* ibidem sito contiguam ex amore Christi & pura meraque liberalitate perpetuo irrevocabiliterque donarit, Nos veluti ordinarius uti donationem istam nomine ac vice

eorumdem Patrum clementer acceptamus, probamus & modis, quibus poſſumus, optimis ratificando confirmamus, ita ut iidem Patres jam dicto ſacello S. *Michaelis* in uſum divinorum officiorum atque exercitiorum ſuorum libere liciteque deinceps frui valeant, eadem ordinaria authoritate noſtra plenam illis concedimus atque indulgemus facultatem, recipientes eosdem cum reliquo hic degente clero in tutelæ ac protectionis noſtræ præſidium, ac nobis noſtrisque ſucceſſoribus ſuper prædicta domo, ſacello eorumque pertinentiis omnem jurisdictionem ac ſuperioritatem, qualem huc uſque jure ordinario obtinuimus, deinceps quoque reſervantes, non obſtantibus quibuscunque exemptionibus, privilegiis, fundationibus aut documentis aliis in contrarium quomodolibet facientibus. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præſentes litteras confici & ſigilli noſtri juſſimus appenſione communiri. Datæ *Aſchaffenburgi* ex *arce* noſtra S. *Joannis* quinta die Maji Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo.

Ex mandato ejusdem Rmi Dni.
D. *johannis Suicardi* Archiepiſcopi Moguntini Principis Electoris.

J. Baronius D. Conſiliar. Mog.

Idem tenor facultatis a *joanne Suicardo* Archiep. eodem anno quinto die menſis julij conceſſæ pro Monaſterio extruendo in Agonia Domini. VIII.

Digitized by Google

VIII.

VICARIAE QUAEDAM ECCLESIAE ASCHAFFENBURGENSIS CONJUNGUNTUR ET UNIUNTUR ALIJS VICARIJS.

Joannes Suicardus Dei gratia ſanctæ ſedis Moguntinæ Archiepiſcopus, ſacri Romani Imperii per germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector. Honorabilibus devotis nobis in Chriſto dilectis Decano & Capitulo collegiatæ Eccleſiæ SS. *Petri* & *Alexandri* oppidi noſtri *Aſchaffenburgi*, nec non univerſis & ſingulis, quos præſens concernit negotium, aut quoquo modo concernere poteſt, ſalutem in Domino ſempiternam. Ad hoc ut Eccleſiarum omnium in Diœceſi noſtra conſtitutarum tanto florentior ſit ſtatus, utque divinis perſonæ nuncupatæ officiis congrua & ſufficienti gaudeant ſuſtentatione, noſtri libenter favoris impertimur auxilium. Poſtquam igitur & querelis poſſeſſorum, & litterarum veſtrarum atteſtatione redditi ſumus certiores, reditus ſive proventus quatuor Vicariarum, S. *Mariae Aegyptiacae*, nec non S. *Andreae* Apoſtoli, uti & S. *Mariae Magdalenae*, & decem millium Martyrum, denique SS. *Joannis Evangeliſtae* & *Leonardi*, in hac ipſa Eccleſia noſtra Aſchaffenburgenſi adeo tenues atque exiles eſſe, ut juxta horum temporum conditionem ac neceſſitatem earundem poſſeſſoribus honeſte alendis & ſuſtentandis ſufficere minime queant, E diverſo vero tres alias fabricæ

neceſſitatibus hactenus deputatas ſupereſſe, vicariam videlicet B. *Margarethae*, Vicariam S. *Laurentii*, & vicariam B. *Mariae* ſuper choro novo, quarum æquabili diſtributione ac dimembratione defectibus illis atque inopiæ haud incommode conſuli atque occurri poſſe videatur: Nos pro honore Dei ac pauperum clericorum egeſtate preſſorum conſolatione, deficientibus aliis mediis decretisque concilii Tridentini nobis palam Suffragantibus, ad unionis & incorporationis nobis ſuggeſtæ conſilium libenter ac neceſſario animum noſtrum applicuimus. Atque ideo primum quidem (noſtris & cujuslibet tertii juribus circa hæc ſemper ſalvis) ante omnia vicariæ S. *Mariae Aegyptiacae* alteram vicariam B. *Mariae* ſuper choro novo, deinde ſimiliter vicariæ ſanctorum *joannis* & *Leonardi*, prædictam vicariam S. *Laurentii* maturo deliberatoque conſilio cum omnibus juribus reditibus & pertinentiis ſuis in Dei nomine perpetuo ita conjunximus, atque nunc, prout de jure melius & efficacius poſſumus, per præſentes conjungimus, unimus & incorporamus, ut impoſterum earundem incorporatarum fructus, reditus & emolumenta præſentibus & futuris legitimis poſſeſſoribus vicariarum S. *Mariae Aegyptiacae* & SS. *joannis* & *Leonardi* poſſeſſoribus pro rata cujusque portione, ſine contradictione plene & totaliter cedant, de vicaria autem B. *Margarethae*, quæ in corpore triginta florenos & ſeptem maltera ſiliginis cum onere mediæ ohmæ vini quot annis diſtri-

ſtribuendæ habere dicitur: Volumus ut quindecim quidem floreni vicariæ S. *Magdalenae*, reliqui vero quindecim floreni & ſeptem maltera ſiliginis cum prædicto onere vicario tenui vicariæ S. *Andreae* ejusque poſſeſſoribus deinceps ſimili unionis & incorporationis jure annue miſericorditer numerentur & perſolvantur. Ita tamen ut interea ferias ſæpe nuncupatarum vicariarum incorporatarum dietim vel ſeptimanatim juxta fundationum literas, & chori conſuetudinem adauctarum vicariarum Poſſeſſores præſentes & futuri ſine defraudatione exſolvere & præſtare in conſcientia teneantur aſtricti; In quorum omnium & ſingulorum fidem has literas incorporationis (adverſus quam nemo ſubditorum noſtrorum quidquam tentare vel aliter disponere præſumat) ſigilli noſtri juſſimus appenſione communiri. Datæ *Aſchaffenburgi* in *arce* noſtra S. *joannis* XXVIII. februarii Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Vigeſimo quarto.

Ex mandato ejusdem Rmi Dni D. *joannis Suicardi* Archiepiſcopi Moguntini Principis Electoris.

J. Baronius D. Conſiliar Mog.

Digitized by Google

XLVIII.

SIGILLUM *GEORGII FRIDERICI* ARCHIEP. MOG. ab an. MDCXXVI—MDCXXIX.

Sigilli hujus diſpoſitio priori denuo ſimilis refert ad latus Archiepiſcopi ſiniſtrum Greiffenclaviorum inſignia, ſcilicet in area prima & quarta rotæ radios octo abſque circulo, radii deſinunt in lilia. Rota alludit ad caſtrum *Vollrats* in *Rhingavia*. Area ſecunda & tertia æqualiter dividuntur baltheo partim rubeo partim argenteo. galeæ inſiſtit pes gryphi aureus cum unguibus. Inſcriptum ſigillo: S. *GEORG. FRIDERICI.* D. G. MOGUNT. SEDIS. ARCHIEPS. SACRI. ROM. IMPERIJ PER. GERMAN. ARCHICANCEL. AC PRINC. ELECT. Sigillum ſerto clauditur.

In ſigillo minori areæ ſecundæ & tertiæ addita eſt clavis inſigne Epiſcopatus Wormatienſis, quem interea gubernandum ſuſcepit *Georgius Fridericus* in medio ſcutulum cum armis gentilitiis. Inſcriptio ſigilli eſt: S. *GEORG. FRIDERICI.* D. G. ARCHIEP. MOGUNT. PRINC. ELECT. EPISCOP. WORM.

Duo adjungimus hujus Archipræſulis Documenta.

I.

Digitized by Google

I.

PROVISIO PRO D. *ANSELMO CASIMIRO WAMBOLDT* AB *UMBSTAT* SUPER SCHOLASTERIA IN SUMMO TEMPLO.

Georgius Fridericus Dei gratia S. Sedis Moguntinæ Archiepiſcopus S. R. D. per Germ. Archicanc. ac Princeps Elector, Epiſcopus Wormatienſis.

Univerſis & ſingulis ubilibet conſtitutis, ad quos præſentes noſtræ pervenerint litteræ, & quos infra ſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit, quomodolibet in futurum, quibuscunque nominibus cenſeantur, aut quacunque præfulſeant dignitate, ſalutem in Domino. notumque facimus per præſentes, quod vacante nuper Scholaſterie Metropolitanæ Eccleſiæ noſtræ Moguntinenſis (quæ Dignitas electiva in eadem exiſtit) per obitum venerab. *Iodoci* a *Riedt* ultimi ac noviſſimi, iſtius, dum viveret, poſſeſſoris, Venerabiles & honorabiles *Antonius Walbott* a *Baſſenheim* Præpoſitus, *Fridericus* a *Sickinſen* Decanus, *Joannes Reinhardus* a *Metternich* Cantor, *Joannes Philippus* a *Warsberg*, *Anſelmus Caſimirus Wambold* ab *Umbſtatt*, *joannes Philippus* a *Dierheim*, *Hugo Eberhardus Craz* a *Scharfenſtein*, *Philippus a Riedt*, *Henricus Fridericus* ab *Hatzfeld*, *Iodocus Philippus* a *Weiler*, *joannes Udalricus* ab *Andlavv*, *joannes Caſparus Speth* a *Sülzberg*, *Georgius Antonius* a *Rodenſtein*, *Quirinus Conradus Henricus* a *Brumbach*, *Adolphus Hund* a *Saulheim*, *Philippus* a *Kerpen*, omnes Canonici Capitulares

ſuo & abſentium conſtituentium nominibus, videlicet Venerabilium & honorabilium *joannis Chriſtophori Neuſtetter* condicti *Sturmer* Cuſtodis, *Friderici Georgii* a *Schoenborn*, nec non Rmi Dni *Philippi Chriſtophori* Archiepiſcopi *Treviren.* Principis Electoris, *Franciſci Erneſti* Baronis in *Chrichingen*, *joannis Reinhardi* ab *Enſchringen*, & *Adolphi* a *Waldenburg* condicti *Schenckern* ab *Hilchenhoven*, de nunc Capitulum repræſentantes, & ad quos ejusdem Eccleſiæ Scholaſtici electio pertinet, volentes diſpendiorum periculis, quæ ex diuturna Vacatione Prælaturarum provenire ſæpius ſolent, competenti remedio obviare, in loco ſuo capitulari conſueto pro futuri Scholaſtici Electione canonice celebranda certis die & hora ad hoc aſſignatis & deputatis, vocatis & citatis etiam omnibus & ſingulis, qui hujusmodi Electioni potuerunt, debuerunt, & voluerunt eo modo intereſſe, (præter Ven. *Wilh. Hundt* a *Saulheim* Can. Cap. qui in infirmitate ſua intervallorum tempore, qualiacunque habuit, hactenus tamen monitionibus etiam & adhortationibus præmiſſis, ſe uti Eccleſiaſticum & Presbyterum maxime decet, non qualificatum reddidit) capitulariter, ut moris eſt, congregatis, habitisque inter ſe tractatibus diverſis, qua forma in hujusmodi Electionis negotio foret procedendum, tandem placuit eis per modum & viam Invocationis ſeu Inſpirationis S. Spiritus procedere, & Eccleſiæ noſtræ de novo Scholaſtico providere: Lectis ergo & examinatis omnium

nium Canonicorum Capitularium ad hoc ſpecialiter conſcriptorum & citatorum abſentium mandatis, ac reliquorum emanentium contumacia per publicum proclama ante valvas loci capitularis accuſata, proteſtationeque eccleſiaſtica cenſurarum iis, ſiquis eorum innodatus, ne tali actui intereſſe poſſet, publice interpoſita, ilico omnes & ſinguli una voce unoque ſpiritu unanimiter Dei in nomine elegerunt & nominaverunt in Scholaſticum Eccleſiæ noſtræ ven. *Anſelmum Caſimirum Wamboldt* ab *Umbſtatt* canonicum capitul. confratrem eorum tanquam habilem & idoneum virum doctrina & morum integritate præſtantem, in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum ſuisque negotiis ſemper caventem: ſuper qua quidem electione ſic, ut præmittitur, facta, idem electus in eodem loco capitulari perſonaliter conſtitutus, condignas primo agens gratias aſſeruit, ſe quidem ad ejusmodi dignitatem indignum, & inſufficientem, ne tamen divinæ diſpoſitioni & electioni in ſuam perſonam unanimiter factæ adverſari aut refragari videretur, ſed potius de Dei omnipotentis clementia & benignitate, capitulique noſtri aſſiſtentia confiſus tandem expreſſe annuit, & iſtiusmodi electionem acceptavit, delatumque juramentum ex libro Statutorum præſtitit, atque in corporalem, realem & actualem poſſeſſionem eſt inductus; prout hæc & alia in Decreto Electionis ejusmodi Nobis deſuper exhibito latius continetur. Cum itaque Nobis humiliter ſupplicatum ſit, quatenus

nus hujusmodi Electionem, sic ut præmittitur, rite & legitime celebratam, auctoritate nostra ordinaria, prout ad nostrum spectat officium, gratiose confirmare & roborare dignaremur: Nos tam de forma Electionis prædictæ, quam de idoneitate personæ supradicti Electi sufficienter informati, totiusque negotii cognitione præhabita, & cum primis persaepe nominatum Electum Nobis debita reverentia, obedientia & fidelitate præstita, dictorum Decani & Capituli nostri votis, ut puta rationabilibus & justis favorabiliter annuentes prætactam Electionem de Persona nominati *Anselmi Casimiri Wamboldt* ab *Umbstatt* tanquam rite, legitime, & canonice celebratam, ipsumque Electum in prælibatæ nostræ Ecclesiæ Scholasticum confirmandum duximus, & tenore præsentium auctoritate nostra ordinaria, prout ad Nos pertinet, gratiose confirmamus, mandantes, & in virtute sancte obedientiæ districtæ præcipientes, Decano & Capitulo, Canonicis & Personis dicte Ecclesiæ nostræ Moguntinæ generaliter, singulis & singulariter universis, quatenus præfatum *Anselmum Casimirum Wamboldt* ab *Umbstatt* modo præmisso per Nos confirmatum in suum & Ecclesiæ nræ Moguntinensis Scholasticum recipiant, ipsique tanquam Scholastico in omnibus, quæ ad suum spectant & pertinent officium, prout decuerit, pareant & intendant, facientes sibi vel procuratoribus suis legitimis de ipsius Scholasteriæ fructibus, redditibus & emolumentis universis, per hoc, quorum interest,

tereſt, integraliter reſponderi, locis & temporibus opportunis. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus appendi fecimus. Datæ *Moguntiæ* ex arce noſtra S. *Martini* die menſis Maji Anno Dni M. DC. XXIX.

Ex mandato ejusdem Revmi & Illmi Principis ac Dni Dni *Georgii Friderici* Archiepiscopi Moguntini ac Principis Electoris Epiſcopi Wormatienſis &c.

Nicolaus Gereon Cancell. Mogunt.

II.

LEHENBRIEFF FUIR DIE VON *HIRSCHHORN.*

Wir *Georg Friderich* von Gottes gnaden des heyligen Stuls zu *Maintz* Ertzbiſchoue des heyligen Römiſchen Reichs durch Germanien Ertz-Cantzler und Churfürſt Biſchoue zue *Wormbs.* Bekennen und thun kundt offentlich mit dieſſem Brieff das Wir unſerm lieben getreuen *Friderichen* von *Hirſchhorn* hernach geſchrieben Manlehen gelihen haben, leyhen auch Ihme dieſelbe hiemit und in crafft dieſs Brieffs Inmaſſen Weyland *Ludvvig* von *Hirſchhorn* als der Eltiſt und Lehenträger von ſein ſelbſt vnd *Friderichen* ſeines Vettern wegen, und die Hirſchhorniſche Vormundere von wegen ermelts *Fridrichen*, ſodann *Ludvvigen*, gedachts *Friderichs* und *Ludvvigen* von *Hirſchhorn* hinterlaſſene Söhne,

ne, auch ſie beide *Friderich* und *Ludvvig* von *Hirſchhorn* Geuettern nach ihren uberſchrittenen Pupill Iharen dieſelbe von unnſeren negſten vorfahren Ertzbiſchof *Wolffgangen*, *Iohan Adamen* und *Iohan Schvveickardten* ſeeligen Iüngſthin ſelbſten und zuuor *Ludvvig* von *Hirſchhorn* von ſein und ſeines Bruders *Philipſſen* wegen von unſerm auch vorfahrn Ertzbiſchoff *Danieln* lobſeliger Gedächtnus empfangen und getragen haben, Inhalt Sr. Ld. ſeeligen darüber gegebenen Lehenbrieffs hernach geſchrieben alſo lautende:

Wir *Daniel* von Gottes gnaden des heyligen Stuels zur *Mäintz* Ertzbiſchoue des heyligen Römiſchen Reichs durch Germanien Ertzcantzler und Churfürſt. Bekhennen und thun kundt offentlich mit dieſem Brieff, nachdem nach Abſterben Weyland *Hanſen* von *Hirſchhorn* Ritter *Georg* von *Hirſchhorn* der Elter von ſein auch *Philipſen* und *Engelhardten* ſeiner Brüder gemelts *Hanſen* von *Hirſchhorn* nachgelaſſener Söhne und auch tödlichen Abgang deren *Hanſen* von *Hirſchhorn* ietzt benants *Engelhardten* nachgelaſſenen Sohns die Lehne ſo gedachter ſein Vatter, Vettern und Voreltern von unſern Vorfahren und Ertzſtiefft *Mäintz* empfenglich herbracht haben empfangen, iſt letztgedachts *Hanſen* von *Hirſchhorn* ietzt benants *Engelhardten* nachgelaſſener Sohn *Ludvvig* von *Hirſchhorn* von ſein und ſeines Bruders *Philipſſen* wegen mit Volmacht bey unns erſchienen und underthenigklich gebetten, dieweyl gedachter Ihr Vatter

ter mit Todt abgangen, Ihnen alſs die rechten Lehenserben obgemelte Lehen ſo Ir Voreltern von unnſerm Ertzſtiefft *Mäintz* empfenglich herbracht, Ihr Vatter auch von unnſern negſten vorfahrn Ertzbiſchoff *Sebaſtian* löblicher Gedächtnus und jüngſt von uns empfangen gnediglich zu leyhen: Das Wir demnach Ihr underthenig Pitt Angeſehen und haben Ihnen dieſe hernach geſchriebene Schloſs und Gueter zu rechtem Lehen gelihen und leyhen Ihnen hiemit in crafft dieſs Brieffs in maſſen Waylandt *Otto* volgendts obuermelter *Hanſs* von *Hirſchhorn* Ritter und Ihre Voreltern auch *Georg* von ſein und ſeiner Brüder und lüngſt ermelter Ihr Vatter *Hanſs* von *Hiſchhorn* obgedachts *Engelhardten* Sohn die von unſernn vorfahrn ſeeligen unns und unſern Ertz-Stiefft *Maintz* empfangen gehabt und getragen haben: zum Erſten das Schloſs *Hirſchhorn*, Burgk und Statt mit allen ſeinen zugehorungen und nemblich alle die Wäldt Höltzer und Büſch, Wildtbandt Waſſer und Waidt die darzu gehören Wäldt Höltzer und Büſch zue *Smiedevvagen* Ihr recht uff dem Cloſter zue *Odenheim* Wie von alter herhommen iſt. Item die Dörffer *Schmiedevvagen* und *Eſchelbach* mit allen ihren rechten und zugehörungen und der Thail an dem Dorff *Ruchenberg* mit aller ſeiner zugehörung, dieſelbe Lehen mit allen Ihren rechten und zugehörungen. Der obgenandt *Ludvvig* von *Hirſchhorn* von ſein und ſeines Bruders *Philipſen* wegen von uns unſern nachkommen und

Ertz-

Ertzſtiefft *Mäintz* zu Lehen haben, tragen verdienen, unnſs unnſern nachkommen und Ertzſtiefft darumb gehorſam treü und Hold ſein ſollen unſern beſtes zu werben unſern ſchadten zu warnen, und dieſelbe Lehen zu empfangen darüber zu geloben und zu ſchweren ſo dick daſs noth geſchicht Inmaſen Er uns yetzo vor ſich und ermelten ſeinen Bruder *Philipſen* darüber in treüen gelobt und geſchworen hat Alſs allesdaſs zu thun alſs ſolcher Lehen recht und Gewohnheidt iſt, und alſs man von ſolchen Lehen wegen ſeinen herrn ſchuldig und Pflichtig iſt zu thun ohne alles Geuerde. Doch nemen Wir in dieſer leyhung auſs unnſer unnſerer man undt aines yeglichen recht ohn all Argliſt und ohne geuerde. Deſs zu urkundt haben Wir unſer Inſiegel an dieſen brieff thun hencken der geben iſt zue *Aſchaffenburg* Sambſtag nach *Simonis* & *Iudae* Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono.

Und der obgenandt *Friderich* von *Hirſchhorn* hat auch yetzo ſolch obberurt Lehen von unſs empfangen, darüber in treüen gelobt und leyblich einen Ayd zu Gott und ſeinen Heyligen geſchworen, uns und unſerm Ertzſtiefft getreu Holdt und gehorſam zue ſein, unſer und unſers Ertzſtieffts Schaden zu warnen, frommen und beſtes zu werben die lehen zu empfangen daruber zu geloben und zu ſchweren, ſo dick daſs noth beſchicht und ſonſt alles daſs zu thun alſs ſolcher Lehen recht und gewohnheidt iſt, und alſs ein man

von

von ſolcher Lehen wegen ſeinem herrn ſchuldig und Pflichtig iſt zu thun ohne geuerde. Doch nemen wir hierinnen auſs unſer und unſerer man und eines Jedlichen recht ohne alle Argliſt und geuerde. Deſs zu Uhrkundt haben Wir unſer Inſiegel an dieſen Brieff thun hencken. Der geben iſt zu *Aſchaffenburg* in unſer St. *Johanſsburg* den ſiebenden Monathstag Septemb. Anno Milleſimo Sexcenteſimo Vigeſimo Septimo.

Ex mandato ejusdem Rmi Dni Dni *Georgii Friderici* Archiepiscopi Moguntini Principis Electoris Epi. Wormatienſis &c.

Nicolaus Gereon Cancell. Mogunt.

XLIX.

SIGILLUM
ANSELMI CASIMIRI
ARCHIEP. MOGUNT.
ab an. MDCXXIX—MDCXLVII.

Scutum quadripertitum ex omni parte ornatum in prima & quarta area rubra Rotam Moguntinam cum octo radiis, in ſecunda & tertia nigra duos inferius, tres exhibet ſuperius ſcuneos *Wamboldiorum* ab *Umſtat* inſignia. Crux in ſummitatis medio prominet. Inter duo ſerta circum circa inſcriptum legi-

tur: S. *ANSELMI.* CASIMIRI. D. G. ELEC. ARCHIEPISCOPI. MOG. S. R. IMP. PER. GERM. ARCHICAN. P. E. paulo infra crucem memoratam additæ ſunt ciffræ 1629.

Sigillum minus in ornatu ſimile Majori, quatuor areas jam deſcriptas tenet. Rotæ autem nonniſi radios ſex exhibent. Crux inter gladium & pedum ſuperius eminet. Hæc legitur inſcriptio: *SIG. ANSELMI.* CASIMIRI. D. G. ARCHIEPI. MOG. S. ROM. IMP. PER. GERMANIAM ARCHICAN. PRINC. ELEC.

En quædam *Anſelmi Caſimiri* ſigillo munita documenta.

I.

FRATRES CAPUCINI RECIPIUNTUR IN OPIDO *BENSHEIM.*

Anſelmus Caſimirus Dei gratia S. ſedis Moguntinæ Archiepiſcopus &c. Univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, lecturis ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Religionis zelus, regularis vitæ obſervantia, pietas, charitas & patientia aliaque ſpiritualia & corporalia opera, dona, virtutes, quibus ordo ſancti *Franciſci* capucinorum nuncupatus paſſim præfulget, tam magnos in Eccleſia fructus faciunt, quod tales cooperatores in vineam Domini divinitus miſſos eſſe omnes fateantur; Nos itaque propagan-

pagandæ catholicæ religionis ſtudio ut tenemur, intenti non immerito ad hujusmodi religioſorum ordinem animum cogitationeſque noſtras convertimus, per quem divini nominis cultum, animarumque ſalutem curari abunde conſtat; atque hinc eſt cum prædicti Patres capucini hactenus in ditione noſtri Archiepiſcopatus tractus vel ſtratæ montanæ vulgariter den Bergſtraſſen ullum receptum vel domicilium ſortiti non eſſent, jam vero inſpirante Domino ac nobis etiam omni voluntate annuentibus conſentientibusque in oppidum *Bensheim* noſtræ Archidiœceſis commigrandi ibique locum & conventum juxta regulas ordinis ſui extruendi & inſtituendi ſuſcepiſſent conſilium, nos reputantes animo, quantum aliis noſtris in vinea Domini jam conſtitutis fidis operariis ſubditisque noſtris opis auxiliique in Domino forent allaturi, quo & facilius & celerius inſtituto ſuo potiri & loco convenienti atque commodo in præfato noſtro oppido religioſum conſtruere domicilium ibidemque orationibus, precibus & ſacrificiis aliisque piis & meritoriis operibus vacare poſſent, noſtrum deſuper a Reverendo & devoto nobis in Chriſto dilecto *F. Athanaſio* vormatienſi guardiano humiliter petitum conſenſum clementer accommodavimus & vigore præſentium attribuimus, ita ut in dicto loco citra cujuscunque impedimentum pacifice & quiete congrua habitatione & domicilio uti & frui atque in vinea Domini fideliter & cum fructu laborare valeant; Mandantes ſerio noſtris Præ-

fectis & officiatis præſentibus & futuris, ut prælibatos Fratres Capucinos in præfato oppido commorantes in loco ad habitandum, iis aſſignato contra cujuscunque injuriam legitime defendant & tueantur, in eo voluntati noſtræ deliberatæ ſatisfacturi. In cujus rei fidem & evidens teſtimonium præſens documentum & manus propriæ ſubſcriptione & ſigilli noſtri appenſione curavimus communiri. Datæ *Aſchaffenburgi* ex *arce* noſtra S. *joannis* poſtridie Divi *Mathiae* Apoſtoli vigeſima quinta Februarii Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

Anſelmus Caſimirus Electus Archiepiſcopus Maguntinus.

II.

CONSENSUS FRATRIBUS ORD. MINORUM CONCESSUS UT *BISCHOFFSHEMII* RESIDERE POSSINT.

Anſelmus Caſimirus S. ſedis Mogunt. Archiepiſcopus &c. Univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras viſuris, lecturis ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Expoſito pro parte Reverendi in Chriſto ſincere nobis dilecti *Adami Burvenich* fratris ordinis Minorum regularis obſervantiæ, quod Rmus Princeps *Georgius Fridericus* Archiepiſcopus Moguntinus anteceſſor noſter feliciſſimæ recordationis accenſus Divinæ gloriæ zelo propagandæque catholicæ religionis ſtudio intenten-

tentus ad humilem civium & ſubditorum *opidi Epiſcopienſis* ad *Tuberam* ſiti petitionem & inſtantiam ordini fratrum Minorum regularis obſervantiæ provinciæ colonienſis reſidentiam in præfato opido ſub finem vitæ ſuæ gratioſe conceſſerit, morte tamen nimium feſtina præventus eandem ſcripto confirmare nequiverit, ideoque nobis humillime ſupplicaverit, quatenus quod in eodem oppido ante novem menſes feliciter non ſine ſpeciali multarum animarum fructu cœptum eſt, id ſcripto noſtro clementiſſime confirmare & ad prædictam reſidentiam ibidem ſtabiliendam noſtrum conſenſum impartiri dignaremur, Nos conſiderantes animo, quantum aliis noſtris in vinea Domini jam conſtitutis fidis operariis præfati fratres minores regularis obſervantiæ opis auxiliique in Domino ſint allaturi, veſtigiis prædeceſſoris noſtris inſiſtendo cœptam hujusmodi reſidentiam in prælibato oppido noſtro Epiſcopienſi ratam & gratam habentes, robur noſtri conſenſus accommodavimus & accommodamus per præſentes, ita ut ſine contradictione quiete ibidem in domicilio ſive reſidentia juxta præſcriptum ordinis ſui Domino famulari & ad majus civium ac ſubditorum ſpirituale emolumentum in vinea Domini laborare valeant & pergant. In cujus rei fidem hoc præſens documentum manus propriæ ſubſcriptione & ſigilli noſtri appenſione curavimus communiri. Datum *Aſchaffenburgi* in *arce* noſtra ſancti *joannis* duodecima menſis Martii Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo ſexcenteſimo triceſimo.

III.

CAPUCINI ADMITTUNTUR IN *WALTHUIRN.*

Anſelmus Caſimirus Dei gratia ſanctæ ſedis Moguntinæ Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis lecturis ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Expoſito pro parte Reverendi in Chriſto ſyncere nobis dilecti *Victoris* fratrum capucinorum per tractum *Rheni* provincialis, quod ad inſtantem petitionem civium & ſubditorum noſtrorum oppidi noſtri in *Walthürn* ordo prædictus fratrum Capucinorum divinæ gloriæ zelo accenſus propagandæque catholicæ religionis ſtudio intentus reſidentiam in præfato oppido inchoare & inſtituere paratus ſit ideoque nobis humillime ſupplicari fecit, quatenus ad hujusmodi reſidentiam in prædicto noſtro oppido inchoandam & ſtabiliendam noſtrum conſenſum impartiri dignaremur; Nos conſiderantes animo quantum aliis noſtris in vinea Domini jam conſtitutis fidis operariis præfati fratres capucini opis auxiliique in Domino ſint allaturi, cæptam ejusmodi reſidentiam in prælibato noſtro oppido ratam & gratam habentes, robur noſtri conſenſus accomodavimus & accomodamus per præſentes ita ut ſine contradictione quiete ibidem in domicilio ſive reſidentia juxta præſcriptum ordinis

nis ſui Domino famulari & ad majus civium ac ſubditorum ſpirituale emolumentum in vinea Domini laborare valeant & pergant. In cujus rei fidem hoc præſens documentum manus propriæ ſubſcriptione & ſigilli noſtri appenſione curavimus communiri. Datæ ex *arce* ſancti *Martini* in civitate noſtra Moguntina die decima quinta menſis Maji Anno Incarnationis Dominicæ Millleſimo ſexcenteſimo triegeſimo primo.

Anſelmus Caſimirus
Archiep. Mogunt.

Ex mandato ejusdem Rmi Dni Dni *Anſelmi Caſimiri* Archiepiſcopi Moguntini Principis Electoris

Nicolaus Gereon Cancellarius Mogun.

IV.

ADMISSIO CAPUCINORUM AD *MONTEM ANGELORUM.*

Anſelmus Caſimirus Dei gratia ſanctæ ſedis Moguntinæ Archiepiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius Princeps Elector univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis lecturis ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Religionis zelus, regularis vitæ obſervantia, pietas, charitas & patientia aliaque ſpiritualia & corporalia opera, dona, virtutes, quibus

ordo S. *Franciſci* Capucinorum nuncupatus paſſim præfulget tam magnos in Eccleſia fructus faciunt, quod tales cooperatores in vineam Domini miſſos eſſe omnes fateantur. Nos itaque propagandæ Catholicæ Religionis ſtudio ut tenemur intenti non immerito ad hujusmodi Religioſorum ordinem animum cogitationesque noſtras convertimus per quem divini nominis cultum animarumque ſalutem curari abunde conſtat, atque hinc eſt cum prædicti Patres capucini inſpirante Domino ac nobis etiam omni voluntate annuentibus conſentientibusque in ſacellum in *monte Mariæ Angelorum* prope *Hevvbach* noſtræ Archidiœceſis locum & conventum juxta regulas ordinis ſui extruendi & inſtruendi ſuscepiſſent conſilium, nos reputantes animo quantum aliis noſtris in vinea Domini jam conſtitutis fidis operariis ſubditisque noſtris opis auxiliique in Domino forent allaturi, quo & facilius & citius inſtituto ſuo potiri & loco convenienti atque commodo in præfato loco religioſum conſtruere domicilium ibidemque orationibus precibus & ſacrificiis aliisque piis & meritoriis operibus vacare poſſent noſtrum deſuper a Reverendo & devoto nobis in Chriſto dilecto fratre *Athanaſio* Wormatienſi Guardiano Aſchaffenburgenſi humiliter petitum conſenſum clementer accommodavimus & vigore præſentium attribuimus, ita ut in dicto loco citra cujuscunque impedimentum pacifice & quiete congrua habitatione & domicilio uti & frui atque in vinea Domini fideliter & cum

fructu

fructu laborare valeant, mandantes ſerio noſtris præfectis & officiatis præſentibus & futuris ut prælibatos fratres capucinos in præfato loco commorantes in loco ad habitandum iis aſſignato contra cujuscunque injuriam legitime defendant & tueantur in eo deliberatæ voluntati noſtræ ſatisfacturi: In cujus rei fidem & evidens teſtimonium præſens documentum & manus propriæ ſubſcriptione & ſigilli noſtri appenſione curavimus communiri. Datæ *Aſchaffenburgi* ex *arce* noſtra S. *joannis* in feſto Divi *Viti* decima quinta junii Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo triceſimo.

Anſelmus Caſimirus Archiepiſcopus Moguntinus.

V.

A. C. ARCHIEP. MOG CONSENTIT, UT FF. MINORES DE OBSERVANTIA *MILTENBERGAE* RESIDERE POSSINT.

Anſelmus Caſimirus ſanctæ ſedis Moguntinæ Archiepiſcopus &c. Univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras viſuris, lecturis ſeu legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Expoſito pro parte Reverendi in Chriſto ſyncere nobis dilecti *Bernardini Vetvveis* Fratrum ordinis Minorum Regularis obſervantiæ, quod ad inſtantem petitionem

civium & ſubditorum noſtrorum oppidi noſtri Miltenburgenſis ordo Fratrum Minorum regularis obſervantiæ Divinæ gloriæ zelo accenſus propagandoque catholicæ religionis ſtudio intentus reſidentiam in præfato oppido inſtituere coeperit, ideoque nobis humillime ſupplicaverit quatenus, quod in eodem oppido ante annum feliciter non ſine ſpeciali multarum animarum fructu cœptum eſt, id ſcripto noſtro clementiſſime confirmare & ad prædictam reſidentiam ibidem ſtabiliendam noſtrum conſenſum impartiri dignaremur. Nos conſiderantes animo, quantum aliis noſtris in vinea Domini jam conſtitutis fidis operariis præfati fratres Minores Regularis obſervantiæ opis auxiliique in Domino ſint allaturi, cæptam hujusmodi reſidentiam prælibato oppido noſtro Miltenburgenſi ratam & gratam habentes, robur noſtri conſenſus accommodavimus & accommodamus per præſentes, ita ut ſine contradictione quiete ibidem in domicilio ſive reſidentia juxta præſcriptum ordinis ſui Domino famulari & ad majus civium ac ſubditorum ſpirituale emolumentum in vinea Domini laborare valeant & pergant. In cujus rei fidem hoc præſens documentum manus propriæ ſubſcriptione & ſigilli noſtri appenſione curavimus communiri. Datæ apud *arcem* S. *Martini* in civitate noſtra Moguntinenſi die vigeſima octava Novembris Anno 1630.

VI.

VI. Kurfürſt *Anſelm Caſimirs* lehenbrieff für graffen *Melchiorn* und graffen *Hermann* von *Hatzfeld* über die gleichiſche lehen ſtücke. *finitur*. des zur urkund haben wir unſer inſiegel an dieſen brieff thun hängen . . . der geben iſt zu *Mayntz* ſambſtag nach *jacobi* den 30 Monats tag julii Anno Domini M. DCXXXIX. *Lünig part. ſpec. cont. II. forts. III. abtheil. VI. p.* 64.

Duodecim Sigillis Archiepiſcopalibus bene elaboratis ſuccedunt a N. I—XXI. Monumenta Hiſtorica in Bibliotheca Vaticana maximam partem collecta, queis geſta ſub *Ottonibus* Imperatoribus ſecundo & Tertio *Henrico* II. *Friderico* I. & II. Imp. *Henrico* VI. &c. ne quid de *Balduino* Trevirorum Archipræſule dicam, haud parum illuſtrantur. Seqauntur

Magno numero a XXII—CLXI. Chartæ monaſterii *Uterine Vallis* e codice pergameno MS. deſumptæ. Is, qui pro *Germania Sacra* Epiſcopatum ſpirenſem deſcripturus eſt, ex hoc chartario haud exigua feret adjumenta. *vid. pag.* 84 *ſq.* ubi quoque occurret Elenchus Abbatum hujus monaſterii e documentis collectus.

Anonymi Chronicon Colonienſium Archiepiscoporum ab an. MCLVI-MCCCLXIX ſub n. CLXII. id ipſum eſt, quod *Tomo V. novor. ſubſid. Dipl. pag.* 288. appromiſimus.

Reſi-

Reſiduas Eccleſiæ Mindenſis chartas reperies an. CLXIII. uſque ad finem hujus Tomi.

Singulorum argumenta exhibet ſequens

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS
DOCUMENTORUM OMNI FIDE DIGNORUM.

I.

Uuido Comes Vingtimilienſis Alfonſi Regis Hiſpaniae nepos contra Saracenos pergens de ſua disponit ſepultura. An. 954. *pag.* 1.

II.

Otto II. Imp. litigium duorum Abbatum Ravennae dirimit. 971. 4

III.

Otto II. Imp. Otrebrechto proprietatem quamdam prope Richolveskiricha in pago Logenahe donat. 975. 6

IV.

Otto III. Rom. Rex Petro Urſiolo Duci Veneto pactum ab Ottone II. Imp. conceſſum confirmat. 992. 8

V.

Heinrici II. Imp. Cancellarius inveſtit Abbatem prope Vincenciam de variis bonis. 1011. 11

VI.

Hugo Abbas Farfenſis apud Conradum Imp. conqueritur de Joanne & Creſcentio quondam Comitis Benedicti filiis ſuper uſurpatione Caſtrorum Tribuci & Buciniani. 1027. 13

VII.

Sacramentum Pacis. 1099. 18

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Mathildis Eccleſiam S. Petri de Guaſtalla in protectionem ſpecialem ſuſcipit. 1101. pag. 21

IX.

Fridericus I. Imp. Ducem Auſtriae & ſtyriae Regia dignitate bonorat. 23

X.

Friderici I. Imp. & Henrici VI. Rom. Regis pax & concordia cum ſociatis inita. 1183. 26

XI.

Henricus VI. Rom. R. Ferrarienſibus banno exemptis donat privilegia. 1191. 36

XII.

Ludovicus Franciae Primogenitus recenſet jura ſua in terra beati Vedaſti. 1212. 39

XIII.

Apologetica Friderici II. Imperatoris poſt an. 1243. 41

XIV.

Eduardus Angliae Rex recognoſcit ſe debere Balduino Archiepiſcopo Trevirenſi aureorum quinquaginta millia &c. 60

XV.

Comites Naſſovii Balduinum Archiep. Trevir. omnesque ſubditos Trevirenſes a theloneo &c. immunes pronuntiant & exemtos. 1340. 64

XVI.

joannis I. Bohemiae Regis ac Luxenburgenſis Comitis ultima voluntas. 1340. 65

XVII.

XVII.

Procuratorium Nuntiis Balduini Archiep. Trevirensis conceſſum, cauſas quascunque coram Praeſidentibus Paci Generali per Lotharingiam proponendi. 1345. pag. 72

XVIII.

Balduinus Archiep. Trevir. dominia & jura pro I. millibus marcarum argenti conquirit, conceſſa Karolo Rom. & Bohemiae Regi ejusque haeredibus facultate, eadem reemendi. 1348. 74

XIX.

Sigismundi Hungariae Regis diploma, per quod joanni Duci Gorlizenſi fratri ſuo Marchiam Brandenburgenſem in proprium cedit. 1492. 77

XX.

Rupertus junior Comes Palatinus Rheni ſit Richardi Regis Angliae homagialis erga mille marchas annuas. 78

XXI.

Henricus II. Galliae Rex declarat ſe cum Carolo V. Imp. non cum Germania bellum habere. 79

XXII.

Littere donacionis Domini Rabodonis Spirenſis Episcopi & Dominorum fratrum ſuorum videlicet Hartmanni Comitis Lobedenburc & Ordonis Comitis de Alrebeim ſuper fundo & prediis Eccleſie Uterine Vallis. 1150. 88

XXIII.

Littere ſuper cenſu dando de tribus manſis in Marrenheim. 1159. 92

XXIV.

Littere ſuper bonis in Herholtesberge. 1163. 93

XXV.

XXV.

Littere Domini Friderici Imp. ſuper capellam in Merlheim & omnia bona Domini ſtephani & Domine Gepe fundatorum monaſterii Uterine Vallis. 1168. pag. 95

XXVI.

Littere Domini Symonis Comitis de Sara ponte ſuper abdicatione cappelle in Merlheim. c. 1170. 96

XXVII.

Littere ſuper ſilvis, paſcuis & aquis utendis in Wandesheim. 1176. 97

XXVIII.

Littere ſuper duobus manſis in Swebechenheim. 1176. 100

XXIX.

Littere donacionis patrimonii Folmari Clerici. ad 1176. 101

XXX.

Littere Friderici Imp. ſuper villam ſpethesbach. 1178. 102

XXXI.

Littere Domini Epiſcopi ſpirenſis ſuper capellam in Merlheim. 1179. 103

XXXII.

Littere donacionis bonorum in Lobio ex parte Ludewici comitis de ſarwerde. 1179. 107

XXXIII.

Littere ſuper allodio in Lobio ex parte Comitum de Sarwerde. 1179. 108

XXXIV.

Littere donacionis ſuper villa ſpesbach ex parte Wezelonis de Berga. 1181. 111

XXXV.

XXXV.

Littere ſuper minuta decima & pascuis in visbach. 1182. pag. 112

XXXVI.

Littere ſuper allodio in Geilewilre ex parte Cunradi de Riet & Adelheidis uxoris ſue. 1184. 114

XXXVII.

Littere compoſicionis inter monaſterium Uterine vallis & Eccleſiam in Wadegoze ſuper ſilva Howalt. 1184. 115

XXXVIII.

Littere Domini Friderici Imp. ſuper Spehtesbach, Deurenbach, Grevenbuſen, Mettenbach & Rodenbach. 1189. 118

XXXIX.

Littere Domini Henrici Epiſcopi Argentinenſis ſuper villis modo memoratis: 1189. 120

XL.

Littere ſuper quibusdam bonis emptis erga Canonicos de omnibus ſanctis. 1191. 122

XLI.

Littere ſuper litem deciſam inter Metersheim & Marrenheim. 1192. 123

XLII.

Littere Domini Heinrici Imperatoris de Uterina valle & de Advocacia ſpehtesbach & de Almeinda predictorum locorum. 1194. 126

XLIII.

Littere ſuper protectione monaſterii Uterine vallis & quod omnes homines ſub imperio poſſunt eidem bona ſua conferre. 129

XLIV.

Littere ſuper Anniverſario Domini joannis Archiep. Trevir. eciam fundatoris monaſterii Uterine vallis, qui conſtruxit dimidietatem monaſterii &c. c. 1198. pag. 130

XLV.

Littere ſuper bonis in Metersheim que contulit monaſterio Uterine vallis Cunradus de Solzvelt & uxor ſua. 1206. 132

XLVI.

Littere de curia monaſterii Uterine vallis Spirenſi & concambio deſuper facto. 1212. 133

XLVII.

Littere ſuper abſolucione decimarum, pro quibus dat monaſterium Uterine vallis V. ſolidos Metenſis monete. 1213. 135

XLVIII

Littere ſuper cenſu dando in Wizenburg de bonis in Metersheim. 1213. 137

XLIX.

Littere ſuper abſolucione cenſus prescripti de Metersheim. ad 1213. 139

L.

Littere ſuper abſolucione dualis partis in decima minuta in Metersheim. 1225. 141

LI.

Littere Domini Heinrici Regis Rom. ſuper Heingereide. 1229. 142

LII.

Littere donacionis Heinrici VII. Rom. Regis ſuper Eccleſiam in Annewilre. 1233. 144

LIII.

LIII.

Littere donacionis bonorum ex parte Hermanni de Rietperc. 1235. *pag.* 145

LIV.

Littere donacionis omnium bonorum Domini Gebenonis & uxoris ejus Irmingardis de Veningen in Burnheim. 1237. 146

LV.

Littere ne monaſterium Uterine vallis det denarios ſerviciales & quoddam jus quod dicitur Wegerume. 1237. 147

LVI.

Littere Confirmacionis ſuper decimam cum monaſterio Hornbacenſi permutatam a Sifrido Archiep. Mogunt. conceſſe. 1237. 149

LVII.

Littere ſuper concambio facto de bonis in Kalſtat pro bonis in Dambeim. 1240. 150

LVIII.

Littere ſuper deciſione litis agrorum & paſcuarum in Harthuſen, que vertebatur cum monaſterio Pontis ſalutis. 1241. 151

LIX.

Littere empcionis quorundam bonorum in Merlheim. 1243. 152

LX.

Littere Domini Heinrici de Gimminech ſuper bona in Dambeim. 1250. 153

LXI.

Littere ſuper bonis in Bebingen quondam emptis erga Abbatem & Conventum de Sunnesheim, que Cunradus de ſtella monaſterio Uterine vallis comparavit. 1251. 154

LXII.

Littere ſuper predium in Hohenſtat. 1251. *pag.* 156

LXIII.

Littere ſuper cenſu dando vicario in Heiligenſtein pro tercia parte decime minute in Metersheim &c. 1251. 157

LXIV.

Littere contra impeticionem Hiltebrandi de Haſelach ſuper quibusdam bonis in Metersheim. 1251. 159

LXV.

Littere donacionis bonorum Heinrici militis de Scharpbenecke. 1251. 160

LXVI.

Littere donacionis omnium bonorum Theoderici militis de Uzingen in Merlheim 1253. 161

LXVII.

Littere ſuper quibusdam bonis emptis erga Heinricum militem de Nusdorf. 1253. 164

LXVIII.

Littere ſuuer dimidia Urna olei in Gockelingen ad infirmariam monachorum. 1254. 165

LXIX.

Littere ſuper dimidia Urna olei ad infirmariam monachorum. 1254. 166

LXX.

Litttere de bonis in ſteinwilre. 1254. 168

LXXI.

Littere ſuper bonis emptis erga Hugonem de Geigenheim in Offenbach. 1255. 169

LXXII.

Littere compromiſſionis in arbitros ſuper Heingereide. 1256. 170

LXXIII.

LXXIII.

Littera ſuper ſentencia data contra ruſticos 1256. *pag.* 171

LXXIV.

Littere Domini Heinrici ſpirenſis Electi ſuper confirmacione ſententie contra ruſticos 1256. 173

LXXV.

Littere ſuper bonis in Altheim emptis erga Conradum de ſteinach. 1256. 177

LXXVI.

Eberhardi Epiſcopi Wormacienſis ſuper duas libras hallens. de bonis in Abenheim. 1258. 178

LXXVII.

Littere donacionis bonorum in Offinbach & in ſteinwilre ex parte Hugonis militis de Haverne. 1260. 180

LXXVIII.

Littere ſuper bonis emptis erga heredes Groffonis civis ſpirenſis. 1260. 182

LXXIX.

Littere ſuper bonis emptis erga Conventum ſancti Lamperti ex parte heredum Groffonis. 1260. 183

LXXX.

Littere ſuper bonis in Offenbach & in Altheim reemptis erga Dominum Abbatem Wizenburgenſem. 1261. 184

LXXXI.

Littere abſolucionis cenſus ducentorum LX caſeorum, quos ſingulis annis monaſterium Uterine vallis dabat de agro quodam in Metersheim. 1262. 186

LXXXII.

Littere ſuper moniales in Kanskirchen & ſuper tres amas vini ad cuſtodiam. 1264. 187

LXXXIII.

Littere quod monaſterium Uterine vallis poſſit habere bona legata & comparata circa Hart & Winzingen. 1265. *pag.* 191

LXXXIV.

Littera ſuper tribus jurnalibus vinearum. 1265. 192

LXXXV.

Littere renunciacionis Marquardi de Nova civitate ſuper bonis in Ettenkoben &c. 1267. 193

LXXXVI.

Littere ſuper XX maldris ſiliginis in Munerndevelt. 1267. 194

LXXXVII.

Littere abſolucionis a theloneo & jure quod dicitur Ungelt & a cenſu aree & ab omni jure civili in Landowe. 1268. 195

LXXXVIII.

Littere ſuper deciſione litis contra Heinricum clericum paſtorem in Jan. 1268. 197

LXXXIX.

Littere ſuper vineis in Berczabern. 1268. 198

XC.

Littere ſuper duabus urceis vini & una urna olei &c. 1268. 199

XCI.

Littera Domini Heinrici Epiſcopi ſpirenſis ſuper donacione Domine Methildis bonorum in Kungesbach. 1269. 201

XCII.

Littere donacionis bonorum in Heiligenſtein ex parte Bertbradis & H. filii ſui. 1269. 202

XCIII.

Littere abſolucionis decime novalium in Wandesheim. 1269. 203

XCIV.

Digitized by Google

XCIV.
Littere ut bona Monaſterii Uterine vallis in Mulhuſen ſint libera & abſoluta ab omni exactione. 1270. *pag.* 205
XCV.
Littere reemptionis decem ſolidorum hall. erga conventum S. Lamperti. 1273. 206
XCVI.
Littere Domini Rudolfi Rom. Regis ſuper Heingereide. 1274. 206
XCVII.
Littere ſuper abſolucione minute decime per cenſus quatuor unciarum hall. in Wandesheim. 1274. 208
XCVIII.
Littere ſuper XIV. talentis olei ad infirmariam monachorum. 1274. 209
XCIX.
Littere ſuper IIII. ſolid. hallens. ad hoſpitale 1274. 210
C.
Littere ſuper unam urnam olei in Bechingen ad infirmariam monachorum. 1275. 212
CI.
Littere donacionis omnium bonorum ex parte Domine irmele in Wolmesheim. 1277. 213
CII.
Littere ſuper ſex maldris ſiliginis & duali parte unius maldri in Barbelrode ad pitanciam. 1277. 215
CIII.
Littere ſuper bonis in Damheim quod ſint abſoluta ab omni exaccione ſeu precaria. 1278. 216
CIV.
Littere ſuper deciſione litis inter monaſterium Uterine vallis & villanos de Offinbach ſuper Almeinda. 1279. 218

CV.

Littere abſolucionis bonorum in Bubenwilre ab omni impetitione cenſus ſeu juris quod dicitur Ymmesphenninge. 1278. *pag.* 221

CVI.

Littere ſuper XVI. amis vini ad hoſpitale monaſterii Uterine vallis in Arbotsheim. 1280. 222

CVII.

Littere ſuper bonis in Wizzenburg. 1280. 224

CVIII.

Littere Domini Heinrici de Bannacker contra ruſticos, quod debet monaſterium Uterine vallis defendere, tueri & manutenere. 1282. 226

CIX.

Littere Domini Friderici Comitis de Liningen ſuper confirmacione ſentencie contra ruſticos. 1283. 227

CX.

Sentencia lata contra ruſticos in Generali judicio per univerſos milites. 1283. 230

CXI.

Littere ſuper quibusdam bonis emptis erga Nycholaum de Andtenwilre. 1284. 234

CXII.

Super lite ſedata de prato in Geroltsheim ſito. 1285. 235

CXIII.

Littere donacionis, quod bona in Queichheim debent cedere decumbentibus. 1285. 236

CXIV.

Littere ſuper abſolucione quorundam bonorum in Lachen. 1286. 238

CXV.

CXV.

Littere ſuper compromiſſione in arbitros. 1286. *pag.* 239

CXVI.

Littere ſuper lite ſopita de ſylva Loyben inter monaſterium Uterine vallis & Conventum Hornbacenſem. 1286. 242

CXVII.

Littere donacionis ſuper vineas Domini Hartmundi in Didensheim. 1288. 244

CXVIII.

Littere ſuper abſolucione unius urne olei, quam monaſterium Uterine vallis dedit Eccleſie in Mornesheim. 1288. 245

CXIX.

Littere compromiſſionis in alios arbitros ſuper Heingegereide. 1289. 246

CXX.

Littere Domini Rudolfi Regis de Heingereide ſuper compromiſſione in arbitros. 1289. 248

CXXI.

Littere ſuper cenſu dando de inſula Reni dicta Wolfauwe. 1289. 250

CXXII.

Littere ſuper ſententiam datam contra ruſticos per juris peritos ſuper Heingereide. 1289. 251

CXXIII.

Sentencia lata contra ruſticos per juris peritos & milites. 1289. 255

CXXIV.

Littere Domini Epiſcopi ſpirenſis ſuper Eccleſiam & decimam in Bebingen. 1289. 259

CXXV.

Littere ſuper concambio facto de pratis inter monaſterium Uterine vallis & villanos de Queicheim. 1292. *pag.* 261

CXXVI.

Littere donacionis fundi laci ex parte Domini Wirici de Duna. 1293. 262

CXXVII.

Littere ſuper I. urnam olei ad pitanciam. 1293. 264

CXXVIII.

Littera ſuper ama vini in Gliszencellen. 1295. 265

CXXIX.

Littere Domini Adolfi Romanorum Regis ſuper confirmacione omnium privilegiorum ſupra nominatorum de Heingereide &c. 1296. 266

CXXX.

Littere ſuper XX maldris ſiliginis in Hannenbach. 1296. 271

CXXXI.

Littere ſuper aquam, dictam ſalmenzuc cum ſuis attinentibus. 1298. 272

CXXXII.

Littere donacionis Domini Adolfi Regis Rom. ſuper Eccleſiam in Annewilre. 1298. 273

CXXXIII.

Littere, quod curia monaſterii Uterine vallis ſpire ſita omnimode ſit libera & exempta. 1301. 275

CXXXIV.

Littere ſuper piſcariam in Metersheim ex parte johannis de Vorſt civis ſpirenſis. 1301. 277

CXXXV.

Digitized by Google

CXXXV.

Littere ſuper bonis collatis ex parte johannis de Wolmesheim. 1302. pag. 278

CXXXVI.

Littere ſuper bonis reemptis in Oſſingen erga monaſterium Pontis ſalutis. 1303. 279

CXXXVII.

Littere Domini Alberti Romanorum Regis ſuper confirmacione privilegiorum ſupra ſcriptorum ſuper Heingereide. 1303. 280

CXXXVIII.

Littere ſuper X. maldra ſiliginis & octo tritici in Wisben ex parte Dni Wirici de Dunis. 1303. 282

CXXXIX.

Littere Alberti Rom. Regis ſuper Confirmacione Eccleſie in Annwilre. 1303. 284

CXL.

Littere ſuper bonis in Ulvensheim monaſterio Uterine vallis collatis ex parte Engelmanni plebani in Werde. 1306. 285

CXLI.

Littere Domini Heinrici Rom. Imp. ſuper confirmatione privilegiorum de Heingerede. 1309. 286

CXLII.

Heinrici VIII. Imp. confirmatio ſuper Eccl. in Annewilre. 1309. 288

CXLIII.

Littere Sybodonis Epiſcopi ſpirenſis ſuper incorporationem Eccleſie in Annewilre. 1309. 288

CXLIV.

Littere ſuper una Urna olei ad infirmariam monachorum. 1310. 290

CXLV.

Digitized by Google

CXLV.

Littere Domini Heinrici pii Imperatoris ſuper Eccleſiam in Ottersheim. 1311. *pag.* 291

CXLVI.

Littere ſuper X. ſol. hall. ad pitanciam. 1313. 293

CXLVII.

Littere Domini Epiſcopi ſpirenſis, Capituli & Prepoſiti ſuper incorporationem Eccleſie in Ottersheim. 1314. 294

CXLVIII.

Littere ſuper IIII. jugera agrorum in Mulnhuſen. 1317. 295

CXLIX.

Littere ſuper partem monialium ultra lutum leporis in eſtuario, quam monaſterium Uterine vallis comparavit. 1318. 297

CL.

Littere ſuper eliberacione unius maldri ſiliginis & VII. ſol. hall. ſuper bonis in Mulhuſen. 1320. 299

CLI.

Ludewici Reg. Rom. confirmacio ſuper Eccleſiam in Annewilre. 1320. 300

CLII.

Super VI. amas vini minus quartali. 1321. 301

CLIII.

Littere Compoſicionis ſuper preſtacione nauli inter monaſterium Uterine vallis & Canonicos ſancti germani. 1321. 302

CLIV.

Littere permutacionis duarum amarum vini cum Monialibus Pontis ſalutis. 1323. 305

CLV.

CLV.

Littere Domini Ludewici Reg. Rom. ſuper molendinum in Metersheim. 1323. pag. 306

CLVI.

Littera penalis ſuper VIII. uncias hall. Dominorum de ſteyga. 1324. 307

CLVII.

Littere ſuper Concambio facto inter monaſterium Uterine vallis & Moniales Pontis ſalutis ſuper V. ſolidis hallens. 1325. 308

CLVIII.

Littere ſuper empcione trium ſolidorum hall. 1326 310

CLIX.

Littera Domini Lodewici Imp. ſuper Eccleſiam in Anewilre. 1340. 311

CLX.

Littere ſuper compoſicione facta inter monaſterium uterine vallis & ruſticos ſuper Heingereide. 1394. 313

CLXI.

Ruperti Rom. Regis confirmatio omnium privilegiorum monaſterii Uterine vallis, ſpecialiter juris patronatus Eccleſie Anewilre ac tranſitu ripe ſuper molendinum Methersheim &c. 1401. 320

CLXII.

Anonymi Chronicon Archiepiſcoporum Colonienſium ab anno MCLVI—MCCCLXIX. &c. 327

CLXIII.

Unio monaſterii in Hemeringen ordinis S. Auguſtini cum monaſterio B. Mariae V. & S. jacobi in Rin-

Rintele Ord. S. Benedicti cum translatione redituum & pensionum annuarum. 1468. *pag.* 340

CLXIV.

Littera Campanariorum Ecclesie Mindensis pro pulsatione meridiana. 1469. 344

CLXV.

Permutatio duorum mansorum & unius molendini in Geynbusen &c. 1482. 346

CLXVI.

Unio prebendarum in monte & nova obligatio ad Capellam castri montis. 1482. 347

CLXVII.

Fundatio commende SS. Fabiani & Sebastiani in Paradiso Minde. 1487. 350

CLXVIII.

Fundatio vicarie SS. Trinitatis Minde. 1490. 356

CLXIX.

De Fraternitate Ecclesie S. joannis Evangeliste 1502. 363

CLXX.

Littere Vicariam S. Mathæi in Ecclesia Mindensi concernentes. 1503. 368

CLXXI.

Locus Bonencamp extra Mindam pro cœnobio fratrum strictioris observantiæ assignatur. 1504. 371

CLXXII.

Reversales Fratrum Minorum Minde receptorum. 1504. 374

CLXXIII.

CLXXIII.

Fundacio Vicarie ſancte Anne in Eccleſia S. joannis forenſi Minde. 1511. pag. 376

CLXXIV.

Henricus Hattingen Carmelita denominatur ſuffraganeus Mindenſis 1515. 381

CLXXV.

Unio Vicarie S. Silveſtri ad commendam Viſitationis B. M. V. Minde. 1537. 384

CLXXVI.

Super certis prediis in Holtorpe. 389

CLXXVII.

Super novo caſtro in loco carnewinckel. 390

CLXXVIII.

Super certis miniſterialibus & duobus manſis in Lerbeke comitum de Perremunt. 391

CLXXIX.

Super certis fundis Eccleſie Mindenſis. 392

CLXXX.

Super decima in Nygenborch pro decima in Alsvede. 393

CLXXXI.

Quod in certis donationibus Capitulum Mindenſe contradixit Epiſcopo. 394

CLXXXII.

Super certo Miniſteriali Eccleſie Mindenſis. 395

CLXXXIII.

Certa ordinatio inter Comitem Vonſtorpenſem & Comitem de Vornholte. 395

CLXXXIV.

CLXXXIV.

Super decima in Goltbecke reſignata monaſterio in Amelungesborn. pag. 397

CLXXXV.

Super bonis feudalibus Eccleſie Mindenſis. 398

Vale Lector benevole! & praecipua documentorum cimelia Tomo XIII, qui praeter indices locupletiſſimos erit ultimus, patienter exſpecta. Dabam in Civitate Vangionum anno Reparatae ſalutis MDCCLXXXIX. Decimo quarto Kalendas Februarii.

MONUMENTA
HISTORICA
IN
VATICANO
MAXIMAM PARTEM COLLECTA.

I.

VUIDO COMES VINGTIMILIENSIS *ALFONSI* REGIS HISPANIAE NEPOS CONTRA SARACENOS PERGENS DE SUA DISPONIT SEPULTURA.

In Christi nomine. Ego *Vuido*, Imperialis comes *viginti milii*, & *Lusanae*, Marchio *Alpinae Maritimae*, proficiscens contra perfidos saracenos in subsidium illustrissimi Domini *Alfonsi*, Regis *Hispaniae*, avunculi mei, cum *Antonio*, Fratre meo, Praeside honoris Imperialis in Pedemonte & Alpium Marchione, & *Banasio* comite sabaudiae, Fratre *Heleonoris*, uxoris meae, & *Vuaimundo*, Marchione Montis Ferrati, *Berengherio*, comite Melentino Nepotibus meis; & *Conrado*, primogenito meo, futuro comite *Vintimilii*, & *Odone* secundo nato meo, futuro Marchione *Alpinae Maritimae*,

ritimae, & *Rolando* poſtremo nato, futuro comite in *Luſana*, & Montibus cecoſanſanae, & *Vuivaldo* de *Caſtello*, cum *Bonabella*, & *Oddone* de *Cravexana*, & *curlo Terganigra* Domino ſupelenghi, & *Tyrolae*, & Iudice *Balbo* Domino de *Bartli* & *Senſanae*, commilitonibus meis; divinum judicium timens, & mortis incertitudinem expaveſcens, de conſilio ſupradictorum ordino, diſpono, & eligo pro me, & meis liberis, ubicunque me, & illos mori contingat, ſepulturam in capella Sancti *Michaelis*, quam Pater meus conſtrui fecit in olivetto ſuo apud *vigintimilium*; quam capellam cum hoſpitio & olivetto juſta poſito, & cunctis Terriculis, & incultis, ortis, & Molendinis, ac domibus, quae ſunt a porta Purgi lacus ſubtus *vigintimilium* uſque ad Podium, & ſequendo altiora colla uſque *Apium*, & deſcendendo ab *Apio* ad *Capalovo* &c. Et caſtrum de ſepulchro cum mero & libero Imperio & Territorio &c.

Quae ſupradicta ſunt proprii juris mei lego, dono pro ſepultura mea & anima mea & parentum meorum, & ex nunc offero Deo, & beato *Honorato*, & beato *Alberto*, Abbati & Fratribus Monaſterii ſancti *Honorati* ſacrae jnſolae Leronienſis, ſub expreſſa conditione, quod dictam capellam, nec dictum caſtrum de ſepulchro vendere, aut aliquo modo alienare a capella & Fratribus Leronienſibus, habitantibus ibidem. Quod ſi fecerint contra praedicta, ad Fratres Monaſterii ſancti *Petri* Montis majoris penitus devolvantur, retinenſque liberis meis, & eorum legitimis ſucceſſoribus, ut poſſint, quamdiu in *vigintimilio* fue-

fuerint, & hoſpitium non conſtruxerint, cum dictis Fratribus hoſpitari ibidem, ligna, ſalem, aquam, & mapas cum utenſilibus ac cocinam tantum ab ipſis Fratribus accipiendo; Injungens *Conrado* primogenito meo, & ſuis ſucceſſoribus ſi hoc nequiverit; adimpleat autem, ſepulchrum meum in dicta capella conſtrui faciat altare beati *Antonij* & juxta dictam capellam hoſpitale pro infirmis ſancti *Antonij*, quibus ipſi Fratres ſerviant. Et de praedictis rogo *Herricum*, meum judicem, Notarium, & Cancellarium, cartam conſcribi & nominatis Teſtibus ſignari, & Bulla mea ſigillari ad perpetuam rei memoriam.

Guido qui ſupra, comes Imperialis *vigintimilii* & *Luſanae* & Marchio *Alpinae Maritimae*, praedicta omnia per me ſupra donata approbo.

Ego *Antonius*, Marchio Alpinae.

Ego *Bonoſeus* comes *Sabaudiae.*

Ego *Guaimundus* Marchio *montis Ferrati.*

Ego *Conradus.*

Ego *Oddo.*

Ego *Rolandus.*

Ego *Berengarius*, comes *Valentinae.*

Ego *Vivaldus* de *Caſtello.*

Ego *Bonobella.*

Ego *Oddo* de *Cravexana.*

Ego *Curlo Terganigra.*

Ego judex *Balbi.*

Ego *Sapritio.*

Actum in municipio *Varigoti*, & ſcriptum per me *Herricum* judicem, & Notarium & Cancellarium uti Domini *Guidonis* comitis *vigintimi-*

lii &c. pracepto, & meo ſigno ſignatum Illuſtriſſimo Domino *Ludovico* Romanorum Imperatore feliciter imperante, Anno Dominicae Incarnationis Nonagenteſimo quinquageſimo quarto, III. Calendas Aprilis. Indictione XII.

30. Mart.

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 378. ex Archiv. Lexinenſi.

II.

OTTO II. IMP. LITIGIUM DUORUM ABBATUM *RAVENNAE* DIRIMIT.

Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXI. dum in Dei nomine *Otto*, divina providente clementia Imperator Auguſtus, reſideret in Regia aula, non longe a moenibus *Ravennae* vrbis ſita, quam ipſe Imperator clariſſimus, in honorem ſui, claris aedificiis fundare praeceperat juxta rivum, penes muros ipſius civitatis decurrens, qui dicitur muro novo. Tunc eo Imperatore clariſſimo ibi plurima Imperii ſui ordinans & diſponens, ante ejus venere praeſentiam *Johannes* Abbas Monaſterii S. *Mariae*, quod ſitum eſt in comitatu *Sabinenſi*, in loco qui dicitur *Acutianus* & *Hiltibrandus*, ipſius Monaſterii Monachus; qui introgreſſi altercari inter ſe coepere altis contentionibus quis illorum Abbas ipſius Monaſterii deberet eſſe legaliter, *Hiltebrandus* vero, qui antiquioris erat aetatis, & annoſior, & quia parti ipſius ſubjectae Mona-

Monaſterii, quae conjacet in comitatu Firmenſi praeerat, hac occaſione totius Monaſterii honorem ſibi vendicare volebat, & ſe Abbatem fore debere. *Johannes* vero Abbas ipſius Monaſterii dicebat ſe ipſius honoris infulas eſſe adeptum Electione & conſenſu omnium Monachorum, & totius congregationis collegii, & quod erat firmius ſummi benedictione Pontificis, inſuper ex ipſo Imperatore clariſſimo poſſidebat de ipſo Monaſterio pragmaticon. *) Quae omnia, quae promulgata ſunt ab *Johanne* Abbate firmis aſſertionibus, vera eſſe claruere coram ipſius Imperatoris praeſentia, reſidentibus ibi plurimis *Italiae* Principibus videlicet *Pandulfo* & *Marchione*, & *Huberto* Furbenſi Epiſcopo, atque *Petro* comite, & caeteris quam plurimis Epiſcopis, comitibus, ſacerdotibus, diaconibus, clericis etiam multis, & Laicis. Tunc ipſe Imperator diſſertioſiſſimus & ſcientiſſimus, *Johannis* Abbatis rectitudinem ſciens, & mendacia atque injuſtitias *Hiltebrandi* providens, praecepit *Pandulfo* Principi, & Marchioni, & *Petro* comiti, atque *Petro*, ſuo cancellario, ut ambos in ſui praeſentiam ducerent, & hanc litem ita inter eos definirent juſte, legaliter, & firmiter, quo nulla altercatio inter eos inde fuiſſet amplius, eo videlicet ordine: ut *Johannes* Abbas, ipſius Monaſterii omnino fuiſſet cunctis diebus vitae ſuae Abbas & Dominus. Tum pro Dei amore, & remedio ſuae animae, & quia *Hiltibrandus*

*) Pragmaticum reſcriptum praevia cauſae cognitione ab Imperatore conceſſum.

erat vetulus, & plurimum canium, atque aetatis decrepitae, concedent ei vel duo loca, inde victum & veſtimentum cum caeteris ſibi ſubjectis habere potuiſſet, videlicet: curtem de *Moliano*, & curtem Sancti *Benedicti*, cum omnibus earum pertinentiis, & nihil jam amplius quaereret.

Quod juxta ſereniſſimi Imperatoris decretum, ante praeſentiam *Pandulfi* Principis & Marchionis, & *Petri* comitis, & *Petri* Cancellarii definitum & determinatum eſt inter eos, ea ratione, ut inviolatum & inconcuſſum inter ipſos omni permaneat tempore volumus. Quod ut verius ab omnibus credatur, noſtro ſigillo ſigillari juſſimus.

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 7187.

III.

OTTO II. IMP. *OTTEBRECHTO* PROPRIETATEM PROPE *RICHOLVESKIRICHA**) QUANDAM IN PAGO *LOGENAHE* DONAT.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Otto* divina favente clemencia Imperator Auguſtus Noverit induſtria omnium fidelium noſtrorum tam preſencium quam & futurorum, qualiter nos ob interventum *Hildelini* comitis fideli noſtro *Ottebrechto* nominato quandam noſtram proprietatis partem, quam antea quidam *Gerricus* tenuit & modo juſte in noſtrum fiſcum dijudicatum eſt, hoc illi nunc pro recompenſacione ejus digni ſcripti & concedimus firmiter donamus proprietatem que

prope

prope *Richolveskiricha* nominatum in comitatu *Hilderini* comitis & in pago *Logenahe* ſitum cum utriuſque ſexus mancipiis, edificiis, terris cultis & incultis, pratis paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus exitibus & reditibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, queſitis & inquirendis eo videlicet tenore ut libero ipſe deinceps perfruatur arbitrio hec tenendi, dandi, vendendi, commutandi vel quidquid voluerit inde faciendi, & ut hec noſtre donacionis auctoritas firma ſtabiliſque permaneat, hoc preſens preceptum conſcribi juſſimus annulique noſtri impreſſione ſignatam manu propria ſubtus eam firmavimus.

Signum Domini *Ottonis* Imperatoris Auguſti, *Wolgmarus* Cancellarius vice *Willegiſi* Archi capellani Notarii. Datum VIIII. Kalendas junij Anno Dnice Incarnacionis DCCCC LXXV. Indict. II. anno vero regni Dni *Ottonis* XIIII. Imperii VII. Actum *Franckenfort*.

24. Maji.

*) Anno 1226. promulgatum eſt laudum quoad jus patronatus Eccleſiae in *Richolfskirchen* inter *Giſelbertum* militem & patruum ejus *Erneſtum* de *Eſchborn* hactenus controverſum in favorem *Ulrici* de *Minzenberch* ſuorumque haeredum. de *Guden. Sillog.* pag. 588.

Digitized by Google

IV.

OTTO III. ROM. REX *PETRO URSIOLO* DUCI VENETO PACTUM AB *OTTONE* II. IMP. CONCESSUM CONFIRMAT.

Otto Dei misericordia Rex, omnibus Sanctae Dei Ecclesiae Fidelibus, nostrique, praesentibus & futuris, notum esse volumus, eo quod *Petrus Ursiolus* Dux Veneticorum, per suos Nuntios *Marinum* Diaconum, & *Joannem Ursiolum*, interventu & petitione nostrae dilectissimae Dominae aviae *Adeleidae*, Imperatricis Augustae, nostram adijt celsitudinem, efflagitans, quatenus pactum, quod Pater noster bonae memoriae, *Otto* Imperator, tempore Tribuni (*Memmonis*) Ducis, eis concessit *Veronae*, nostrae confirmationis praecepto corroborare & confirmare dignaremur; cujus petitionem justam cernentes, amore nostrae dilectissimae aviae, & considerata legalitate praedicti Ducis, suaeque gentis, id est superius pactum a nostro genitore eis concessum, nostrae confirmationis praecepto firmavimus, & inconvulsum fieri jussimus, & omnia quae in pagina ipsius scriptionis esse pacti videntur, ea ratione, ut nullus mortalium sub nostra potestate habitantium, corrumpere, laedere, aut falsum vocare audeat, sed si regno nostro quiete vivere desiderat, observare studeat in omnibus, videlicet: in observandis riparum legibus in transituris ut nulla nova consuetudo eis imponatur: sed secundum antiquam consuetudinem & jussionem pacti Patris nostri eis paci-

pacifice liceat vivere, nec in depraedando, aut pignorando aliquem venetorum, vel flagellando, aut de capulo ſylvarum amplius tollendo, quae antiqua praeſtat conſuetudo, nec de ſervis fugitivis, quos comprehendunt aliquod damnum eis facere, aut transfugare praeſumat aliquis, ſed ubicunque inventi fuerint, ſecundum legem, reddantut eis. Praecipimus etiam de Terris Palatii *Venetiae*, ſive Patriarchatus, Epiſcopatuum quoque, coenobiorum tam virorum quam mulierum, & omnium Eccleſiarum inibi conſiſtentium, ac omnium habitantium hominum in antedicta *Venetia*, ubicumque poſitae ſint in toto Regno noſtro, tam quae modo poſſidere videntur, quam retro huc a xxx annis poſſederunt, prout jure & legaliter poſſumus, jubemus, ut quiete teneant, & perditas recuperent, & ut nullus Princeps, vel pauper aliquem veneticorum diſtringere, aut legem facere de aliqua habita ſubſtantia ad placitum ducere, niſi in praeſentia illorum Ducis, aut fodrum *) tollere de illorum terris praeſumant, aut bannum mittere tam de Dominis habitantibus in *Venetia*, quam de illorum hominibus ubicunque habitantibus juſtitiam aliquam accipere praeſumant, niſi in praeſentia Dominorum ſuorum. Confirmamus etiam *Lauretum*, ut quantum ſalſa aqua continet, eorum ſubjaceat poteſtati. Inſuper volumus ac confirmamus, ut Epiſcopatus ci-

*) Annona militaris ſeu quae praebentur ad victum militum vel equorum ut ſtramentum & palla, cui inde apud gallos *Feurre* appellatio manſit.

Digitized by Google

vitatis Heraclianae habeat totam decimam in integrum a terminatione quae facta eſt, tempore *Liutbprandi* Regis, inter *Paulutum* Ducem, & *Marcellum*, Magiſtrum militum, uſque ad mare; civitates etiam vel loca, per quae ſoliti ſunt diſcurrere Venetici, ſive negotia agere, nemo illis contradicere, aut bannum diſtringere, ſive Imperiali, vel Regali juſſione, praeſumat, & ſi ipſi aliquam querimoniam fecerint comitibus, vel alicui poteſtati de aliquo contrario ipſis peracto, legem facere noluerint, ipſis proclamantibus tribus vicibus, ſi vindictam aliquam acceperint, nullam moleſtiam inde habeant; aſſaltum etiam infra vel extra, ſuper aliquem eorum locum, vel veneticum, non faciat, & ſi aliquis veneticorum, rebellis poteſtati Ducis, fugerit, inde exiens, nullum locum apud noſtrum Fidelem habeat, niſi in acquirendo gratiam ſiquis autem &c.

Datum XIIII. Kalendas Auguſti Anno Dominicae Incarnationis DCCCC XCII. Indictione V. Anno vero Domini *Ottonis* III. regnantis IX.

Actum *Molinbuſon* feliciter, Amen.

Ex Francis. Danduli Hiſtor. MS. *Veneta* in Bibl. Vatic.

19. jul.

V.

Digitized by Google

V.

HENRICI II. IMP. CANCELLARIUS INVESTIT ABBATEM *PETRUM* PROPE *VINCENCIAM* DE VARIJS BONIS.

Dum in Dei nomine in comitatu Patavienſi in quodam prato qui dicitur *cerexeto* prope Monaſterium S. *Juſtinae*, in Iudicio reſidebat Dominus *Guntherus* Cancellarius & miſſus domini ſecundi *Enrici* Imperatoris ad Iustitias faciendas ac deliberandas, Reſidentibus cum eo *Atto*, *Iobbertus*, *Burgundius*, *Sundelerius*, *Teudaldus*, Iudices ſacri Palatii. *Vnarientus*, *Ubertus*, *Joannes*, & item *Ubertus*, & reliqui plures, ibique etiam veniens praeſentia *Petrus* Abbas monaſterii S. *Felicis* & *Fortunati* & S. *Viti*, & *modeſti*, ſita foris & prope civitate *Vincencia*, una cum *Richardo* advocato ſuo & ipſius monaſterii, coepit dicere: peto ad vos domine cancellarie ut vos propter Deum, & animae Imperatoris, ac veſtris mercedem, mittatis bannum ſuper me, & ſuper jam dictum monaſterium nominative de decomis de villa *Braida* S. *Viti* & corte, quae dicitur *Fonratae* & de villa *Tuccido*, ut ubicumque jam dictum monaſterium aliquid juſte & legaliter poſidere dignoſcitur, ut nullus quislibet homo partem ipſius monaſterii deveſtire, moleſtare, vel inquietare audeat ſine legali judicio. Cum ipſe *Petrus* Abbas, una cum *Richardo* Advocato ſuo taliter petiſſet; tum dominus cancellarius per fu-

ſte

ſte *) quam ſua tenebat manu ipſum Abbatem, & praedictum monaſterium inveſtivit de praedictis omnibus rebus ſicut ſuper legitur; ut nullus quislibet homo pars jam dicti monaſterii, & de praedictis rebus deveſtire moleſtare & inquietare audeat ſine legali judicio, qui vero fecerit centum libras auri ſe compoſiturum agnoſcat, medietatem camerae domini Imperatoris, & medietatem parte praedicti monaſterii.

Finita eſt cauſa, & hanc notitiam pro ſecuritate praedicti Monaſterii fieri ammonuerunt quidem ego Notarius & judex ſacri palatii ex juſſione praedicti cancellarii, judicum ammonitione ſcripſi. Regni vero Domini ſecundi *Enrici* Imp. deo propitio IX. IV die menſis octobris. Indict. IX.

Ego *Goutberius* Cancellarius confirmavi. *Atto* judex & miſſus interfuit. Ego *Burgundius* judex ſac. Palatii interfui.

Ego *Jobbertus* judex ſubſcripſi. *Sundelerius* judex ibi fui.

Ex Cod. MS. Bibl. Reg. Suec. in Vaticano. num. 378.

*) *Andreas Suenonis lib. 5. legum Scanicarum c. 24.* ait. Fuſtis appellatio virgam & baculum, haſtam, ſecurim, malleum, clavam & vaginatum gladium comprehendit.

VI.

Digitized by Google

VI.

CONQUERITUR *HUGO* ABBAS FARFENSIS APUD *CONRADUM* IMP. DE *JOANNE* ET *CRESCENTIO* QUONDAM COMITIS *BENEDICTI* FILIJS, SUPER USURPATIONE CASTRORUM *TRIBUCI* ET *PUCINIANI.*

Domine ſenior; intelligite diligenter contentionem, quae eſt inter Monaſterium S. *Mariae* Dominae noſtrae, quod veſtrum principium eſt ſecundum ſaeculi diſpoſitionem, & filios comitis *Benedicti*, videlicet *Johannem* & *Creſcentium*, & accommodate adhaec examinandum pro redemptione animae veſtrae, & amore ipſius genitricis, nec non & pro dilectione Fratrum inibi degentium, qui cottidie pro ſtatu veſtri Regni, Deum rogare non negligunt. Teſte Deo. in nullo mentiar; illud, quod ab aliis audivi, qui ante me fuerunt in ipſo loco, Ego non affirmo: ſed illi, qui adhuc vivi ſunt de illis Fratribus, certificabunt ita eſſe, ſi jubetis. Dicunt enim, quod noſter Anteceſſor, Abbas *Joannes* nomine, feciſſet de uno noſtro caſtello, quod *Tribucus* vocatur, ſcriptum, quod Romani emphiteuſis ad tertiam generationem Tertio-generum vocant, *Benedicto* comiti, patri iſtorum praedictorum, de caſtello ſolummodo, ſed non de pertinentia, quae curtis *Gethulij* vocatur. ſed non eum corroboraſſe ſua manu & Monachorum atque Teſtium, eo quod dicit ei promiſiſſe dare unum ornamentum miſſae, praetij xxx. libb. quod ſui Atavi *Johannis* XII. Papae fuiſſe refertur. Quo minime dato, ſupradictum

dictum ſcriptum affirmant remanſiſe inteſtatum. Tamen, ipſa occaſione invaſit praedictum caſtellum cum omni pertinentia malo ingenio & peſſima fraude, quod oneroſum fuit hic ſcribere.

Me ordinato a ſeniore noſtro III. *Ottone*, *Creſcentioque* occiſo, coepit praedictus Imperator poteſtative legem facere infra *Romam*. Qua de cauſa, praedictus comes, pavore ductus, coepit me rogare, & Fratres, ne ſuper eum reclamationem faceremus. Quid multa! fecimus talem finem inter Nos; Ipſe refutavit Nobis medietatem praedictae curtis, abſque Eccleſia S. *Gethulij* quam reddidit nobis cum duobus caſalibus pro caſtello, & Ego cum Monachis feci Tertio generum, a me & Monachis ac teſtibus mandavimus illi ſimul cum appare, ut ipſe firmaret appare, & nobis daret, & ipſe teneret tunc Tertio-generum, ſicut rectum eſt. Quod ipſe facere noluit, eo quod putabat in proprium ſibi vendicare, ſicut *Johannes* filius ejus, qui nunc ſupereſt, mihi poſtea dixit. jdeo nolebat appare inter Nos eſſe, ut ſecurius ipſe poſſideret. Noſtri vero reduxerunt ſecum Tertiogenerum & apparum, quod ipſe nunquam requiſivit. Tamen nos tenuimus ipſam ſortem cum Eccleſia, quam nobis reddidit uſque dum ipſe vixit, & poſt mortem ejus uſque ad annos quatuor. Poſtea tulerunt nobis iſti ſui filii turpiter & adbeneficiaverunt de illa duos noſtros milites, quos nobis tulerunt; inſuper invaſerunt alias noſtras res, quas nunquam antea tenuerunt, nec non & caſtellum *Puccinianum*, quod prope noſtrum Monaſterium, in uno milliario ſtat, quod nunquam hactenus

nus tenuerunt, nobis noctu furati sunt, ac nostris libellariis qui nobis tenebant, & receperunt possidere sibi.

Post haec, Ego renuntiavi Abbatiam, qualiter multi sciunt, & electus est ibi unus noster nutricius, Monachus a fratribus ipsius loci, & a Papa consecratus, sed ab Imperatore, cujus Monasterium est, donum & praeceptum minime consecutus est, cum quo postea renovarunt pactum praedicti filii *Benedicti* comitis quod mecum fregerant. vnum postea habuimus conflictum Ego, & *Johannes*, ante praesentiam senioris nostri *Heinrici* Regis, qui una cum consilio Domini *Benedicti* Papae, & judicio judicum, reinvestivit nos de praedictis castellis, & commisit inter Dominum Papam praedictum, ut si animam suam diligeret, nobis ipsa reacquireret, postea vero Dominus Papa fecit cum eis finem absque me, non sua sponte tamen, sed coacte & constrictus a filiis *Rainerii* & Pedonibus, & fecit eis jurare *Romanum* suum fratrem, qui modo Papa est, & *Gregorium* Nepotem suum, quod eis redderet praedicta nostra castella, & adjuraret eos adtenere cunctos omnes homines. Ego autem hoc audito, timore perculsus, cum consilio tamen Domini *Piligrimi*, qui cancellarius adhuc erat, & tunc aderat, dedi filiis *Octaviani*, *Oddoni* & *Crescentio* medietatem de praedicto *Tribuco* cum sua pertinentia, eo pacto, ut Nos defenderent & Monasterium ab ijs, cum ipsis castellis, quod & factum habent usque hodie, Christo favente. Posthaec venit senior noster *Heinricus*, quando *Trojam* acquisivit, cui intima-

timavimus cuncta per ordinem; illi vero complacuit, atque voluit & jussit lex fieri inter nos, & istos quod illi facere noluerunt. Modo venerande senior humo tenus vos obsecramus, ut accepta, Deo favente, Imperiali corona, *) quia ante quietem non habebitis fixe perficiendi, jubete fieri lex, quatenus illorum fidelitatem hac occasione non perdatis, & de nobis in peccatum non cadatis &c.

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num 7187.

*) Haec cum tractarentur *Conradus* Imperiali Corona necdum erat redimitus. *Romam* autem pervenit hoc anno MXXVII. in Majori hebdomada atque ipso die paschali a *johanne* Pontifice ritu solemni inunctus & coronatus est.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Deo propitio Pontificatus Domini nostri *Benedicti*, summi Pontificis, & universalis Papae VIII. in sacratissima sede beati *Petri* Apostoli Anno III. Imperatore Domino nostro piissimo perpetuo Augusto *Heinrico*, a Deo coronato, magno & pacifico Imperatore Anno I. Indictione XII. mensis Augusti die II.

Cunctis Sanctae Dei Ecclesiae fidelibus manifestum fieri volumus qualiter & quomodo Romani & Longobardi judices, tam ex justinianae legis, & quam Longobardae videlicet capitulis hanc notitiam brevem omnino fieri decrevere, & lite & contentione, quae supra scripta esse videtur. Proinde referimus: cum quidam *Crescentius*, *Benedicti* comitis filius, diabolica fraude corruptus, abiit noctur-

nocturno tempore & quoddam caſtellum, quod dicitur *Bukinianum*, a venerabili Monaſterio Dei Genitricis *Mariae*, quod ponitur ſub monte Acutiano in loco, qui dicitur Parpha, cujus fuit haereditas, & per vim ſibi & ſuae poteſtati, uſquequo Dominus ſupra dictus *Heinricus* Imperator *Romam* advenit, retinuit.

Igitur cum memoratus *Heinricus Romam* veniſſet, & intra venerabilem Baſilicam beati *Petri* Apoſtoli reſideret, ad legem & juſtitiam faciendam; Tunc *Hugo* ipſius Monaſterii S. *Mariae* venerabilis Abbas, eidem Imperatori de ſupraſcripta invaſione, fraude, & nequitia, atque omnibus quae *Creſcentius* de praedicto caſtello, perpetraverat, reclamare coepit. Quod auditis Imperator, cum eſſet pius & bonus, mox praecepit *Johanni*, ejusdem *Creſcentij* Germano, quatenus eum ad ſe venire faceret, & de ea lite quam Abbas propoſuerat, cum eo legaliter finiret. Sed *Johannes* tale reſponſum Imperatori praebuit, dicens: nulla ratione ſe inde velle intromittere. Quum non ſuum, ſed ſui tantum Germani eſſet acquiſitum, & quod eam legem, quam Imperator inde facere malebat, adimplere non poterat. Mox coram Domini Praeſulis praeſentiam, & omnium qui aderant, Imperator apprehendit virgam manu, & per ipſam virgam de eodem caſtello *Hugonem* Abbatem inveſtivit. Deinde rogavit ſupradictum Dominum *Benedictum* Praeſulem, ut ob amorem Dei, ſuaeque animae remedium, prout ipſe inveſtierat, illam adimplere & facere non praetermit-

teret legem. Hiſque talibus peractis retro ultra montes Imperator revertitur. &c.

VII.

SACRAMENTUM PACIS. SEC. XI.

Eccleſiam nullo modo infringam. Cellaria in circuitu Eccleſiae, cauſa ſalvamenti aedificata, non infringam, niſi propter illum malefactorem, qui hanc Pacem infregerit, aut propter homicidium, aut propter comprehenſionem hominis aut caballi, & ſi propter has res eadem cellaria infregero, nihil aliud ex eis traham niſi illum malefactorem, aut ejus Vuarnimentum, *) me ſciente.

Clericum, aut Monachum, arma ſaecularia non portantes, non aſſaliam, **) neque ambulantes cum eis ſine lancea & ſcuto; nec caballos eorum rapiam, niſi talis praeſentialiter eorum culpa fuerit, aut rectam rationem habeam illud faciendi, aut niſi talis eorum culpa fuerit, quam poſt meam amonitionem, infra dies xv. emendare voluerint.

Praedam non faciam de bove, de vacca, de porco, de vervece, de agno, de capra, de aſino, & faſce quem portat, de equa desfeçata & pullo ejus indomito.

Villanum & Villanam, vel ſervientes aut mercatores, non prendam, nec denarios eorum tollam,

*) Warnimentum, *Apparatus bellicus. du Freſne.*

**) Irruam, invadam.

Digitized by Google

lam, nec redimere eos faciam, nec ſuum habere eis tollam propter Vuerram ſenioris ſui, nec flagellabo eos propter ſubſtantiam ſuam.

Mulum aut mulam, & caballum & equam, & pullum, qui in paſcuis fuerint, non tollam ulli homini a Kalendis Martii uſque feſtivitatem omnium Sanctorum, niſi eos in meo damno invenero.

Manſiones non incendam, nec deſtruam ex toto, niſi inimicum caballarium aut latronem intus invenero, & niſi caſtello junctae fuerint quod in nomine caſtelli conſiſtit.

Vineas alterius non truncabo, neque eradicabo, neque vindemiabo propter vuerram, niſi in illa terra quae mea eſt, aut mea debet eſſe, me ſciente. Molendinum non deſtruam, nec annonam, quae in eo fuerit, rapiam.

Latronem publicum & renominatum non conſentiam, nec conducam illum, nec ejus latrocinium me ſciente, & illum hominem, qui iſtam pacem infregerit, ſe ſciente, non conducam poſtquam ſcivero, etſi neſciens fecerit, & ad meum conductum venerit, & fuerit, aut emendabo pro illo, aut emendare faciam infra ſpatium XV. dierum poſtquam ad rationem miſſus fuero, aut ei meum conductum vetabo.

Negotiatorem, & peregrinum non aſſaliam, nec res eorum tollam, niſi illorum culpa fuerit.

Beſtias villanorum non occidam niſi ad meum & meorum conductum.

Villanum non praedabo, nec ſubſtantiam ejus tollam pro fidejuſſione ſenioris ſui.

Nobiles feminas non aſſaliam, neque illos qui cum eis ambulaverint, ſine maritis ſuis, niſi per propriam culpam, & niſi in meo malefacto illas invenero.

Similiter de viduis, ac ſanctimonialibus attendam.

Illis qui vinum cum carro duxerint, non tollam illud, neque boves, qui duxerint.

Venditores non prendam, nec caballos eorum, neque canes tollam, niſi, ut dictum, in meo dampno invenero.

Et contra omnes qui hoc ſacramentum juraverint & jurabunt hoc praeſenti tempore ab hinc uſque ad feſtivitatem ſancti *Johannis*, quae futura in menſe Iunio & ab illa feſtivitate uſque in ſex annos, & attenderint erga me, exceptis illis terris, quae ſunt de meo alodio, ac beneficio, me ſciente, excepto per baſtimentum *) & obſidionem caſtelli, & per Hoſtem Regis, ut in illis ſolum conductum accipiam, & nihil mecum ad domum meam portabo, exceptis ferris qui fuerint in pedibus caballorum. Sic Deus me adjuvet.

Ex Cod. MS. Bibl. Reg. Sueciae in Vatican. num. 566.

*) A gallico *baſtiment*.

Digitized by Google

VIII.

MATHILDIS ECCLESIAM S. *PETRI* DE *GUASTALLA* IN PROTECTIONEM SPECIALEM SUSCIPIT.

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. *Matildis*, Dei Gratia, ſiquid eſt. Dum, in Dei nomine, Eccleſiarum curam, juxta poteſtatis vires divinitus Nobis collatas, quondam cum noſtris fidelibus haberemus, & aliquas merito inibi canonice converſantium tum a ſaecularium jugo & iniqua oppreſſione liberas reddere cogitaremus, *Joannes* Archi presbyter, & Fratres Eccleſiae S. *Petri* de *Guaſtalla*, noſtram Clementiam precibus adeuntes, & de quorundam fidelium noſtrorum moleſtatione praedictae Eccleſiae terras noviter & antiquitus ab jndegenis attributas impedientium, plurimum conquerentes poſtularunt a Nobis ſuper hac re fieri ſcriptum ad noſtrae animae memoriale perpetuum noſtra auctoritate ſuffultum, multorumque procerum ac Baronum teſtimonio comprobatum; quorum petitionibus annuentes fieri juſſimus, quod eos juſte poſtulaſſe credidimus. Notum itaque fieri volumus omnibus noſtrae poteſtatis fidelibus tam praeſentibus quam futuris, praefatam Eccleſiam S. *Petri* in *Guaſtalla* a beatae memoriae *Beringarij* Regis per *Dominicum Carimanum* fabricatam ab eodem Rege decentiſſime dotatam, nec non ſummo Pontifici ſanctae recordationis *Gregorio* V. traditam conſecrandam, & canonice ordinandam ſub noſtrae

ſtrae Nos defenſionis cuſtodia ſuſcepiſſe, & ab omnium ſaecularium poteſtatum oppreſſione vel moleſtatione cum ſuis omnibus appenditiis reddidiſſe, ita etiam ut ſi aliquo tempore praenominata *Guaſtalla* curia alicui pro feudo vel alio modo voluerimus impendere, Eccleſiam eiuſque bona tam in terrarum quam caeterarum poſſeſſionibus nullius poteſtati niſi ſummo Pontifici & Regi velimus perpetuo ſubjacere; terras autem vbicumque uſque hodie acquiſitas, & in futurum juſte ac legaliter acquirendas ſicut praelibata Eccleſia vſque modo habuit ac poſſedit, ita deinceps, remota omnium moleſtatione, perpetuo habeat ac poſſideat. Rogamus igitur, ac rogando praecipimus, ut nullus deinceps dux, Marchio, Comes, vicecomes, Gaſtaldio, nulla major minorve perſona, contra id, quod ſuperius diximus, Eccleſiam, vel eius bona in legali judicio audeat in aliquo moleſtare vel terras ſeu decimas noſtri feudi uſque hodie acquiſitas, vel in antea acquirendas auferre vel diminuere; ſiquis autem, quod abſit, hujus noſtrae inſtitutionis ſcriptum temerare, aut in aliquo infringere temptaverit, quinquaginta librarum argenti poena componat, medietatem praedictae Eccleſiae, & medietatem camerae noſtrae: hoc tamen ſcripto in ſuo ſemper robore permanente, quod ut verius credatur, & firmius habeatur propriae manus ſubſcriptione firmamus.

Mathilda.

Ego *Paganus* Romanae Eccleſiae Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego

Ego *Ardericus* Iudex interfui, & ſubſcripſi.

Ego *Pallus* Pallatinus judex, interfui & ſubſcripſi.

Actum apud *Guaſtallam* Anno ab incarnatione Domini MCI. IV. Kalendas Aprilis Indictione V. per manum *Frugerij* Archipresbyteri, & Capellani.

Teſtes fuerunt *Belencio*; *Lanfrancus*; *Arduinus* de *Pallude*, *Gerardus* de *Cornazano*.

Rocco Gaſtaldio.

Ex Cod. MS. Bibl. Vatic. num. 6197.

29. Mart.

IX.

FRIDERICUS I. IMP. DUCEM AUSTRIAE ET STYRIAE REGIA DIGNITATE HONORAT.

Fridericus Dei Gratia, Romanorum Imperator &c.

. . . Duci Auſtriae & ſtyriae, ſuo dilecto Principi, & comiti Carniolae gratiam ſuam, & omne bonum.

De Fulgore Throni caeſarei, velut ex coelo radii, ſic certe prodeunt dignitates ut primae Lucis integritas minorati Luminis non ſentiat detrimenta, tantoque magis Imperiale ſceptrum extollitur ac tanto cura Regiminis a ſollicitudinibus relevatur, quanto Tribunal ipſius digniores in circuitu circumſpicit contribuis Regiones. Hac igi-

tur conſideratione commoti, Qui coeleſti providentia Romani Imperii moderamur habenas, ſolii noſtri decus tam veterum dignitatum ornatibus confovemus, quam novis honoribus ampliamus.

Tuis igitur devotiſſime Princeps noſter, ſupplicationibus favorabiliter inclinati, nec minus ad exaltationem honoris ſacri Imperii reſpectum habentes, de Infraſcriptorum Principum noſtrorum conſilio, videlicet. . . .

Ducatus Auſtriae & Styriae, cum pertinentiis ſuis, & terminis, quos hactenus habuerunt, ad nomen & honorem Regium transferentes & hactenus praedictorum Ducatuum ducem, de poteſtatis noſtrae plenitudine & magnificentia principali, promovemus in Regem, eisdem libertatibus & immunitatibus & juribus praedictum Reguum tuum, praeſentis Epigrammatis auctoritate, dotantes, quae Regiam deceant dignitatem. Ut tamen ex honore, quem Tibi libenter adjicimus, nihil honoris vel juris noſtri diadematis aut Imperii ſubtrahatur, quin imo, ſicut hactenus tamquam dux, Princeps, & fidelis noſter extiteras, ſic impoſterum Regio decoratus honore, Tu, & ſucceſſores tui legitimi, Principes fideles & devoti nobis & ſucceſſoribus noſtris in perpetuo perſiſtatis, nihilque propterea Juri & honori Imperii in praedictis Regno & Terris ejus omnino depereat vel decreſcat quae hactenus habuit in eisdem. Eo ſpecialiter, & nominatim expreſſo, quod ſucceſſores tui non per Electionem praelatorum ducum, comitum aut quorundam nobilium eligantur in

Re-

Regem, ſed ſemper major natu, & Senior, ex Generatione tua, ex Te, & ex ſucceſſoribus tuis legitime deſcendentes, in ipſo Regno ſuccedant, nullusque ex eis coronam aut conſecrationem in praedicto tuo Regno de manu cujusquam accipiat: ſed a nobis, & ſucceſſoribus noſtris tantum, in curia noſtra vel ab his, qui ſpecialiter mandatum a nobis ſuper hoc habeant, coronationis & conſecrationis munus & decus pro tempore impoſterum conſequentur; alii vero haeredes minores natu non habeant aliud, niſi quod ex Regis gratia poterunt obtinere. Illud etiam Iuri Regio & Honori conjungimus, ut, ſi aliquis comes, Nobilis, aut Miniſterialis, vel miles, de Regno tuo, contra Te aut ſucceſſores tuos, & Terram tuam, forſan exceſſerit, & pro ſuo exceſſu caſtrum vel munitiones ſuas ab excedente ea per Te vel nuntios tuos peti contigerit, ipſumque negaverit aſſignare, ipſum ex jure Regiae dignitatis per ſententiam curiae tuae bampnire & forjudicare valeas, ipſumque exlegem facere, omnis juris ſuffragio, prout moris Imperii, cariturum. Caeterum; ut pacem & juſtitiam, quae ſunt Regnorum omnium fundamenta, poſſis in praedicto Regno tuo conſtanter confovere, praedicta Tibi auctoritate concedimus, ut ſiquis in praedicto Regno tuo extiterit malefactor, tuo judicio aut curia tua juſto judicio condempnetur, Eumque ſi aliquis de praedicto Regno tuo tenuerit, foverit vel defenderit, & requiſitus eundem tuo judicio noluerit aſſignare, eadem poena puniri debeat. Ad decus praeterea Regni tui praeſentis privile-

gii auctoritate permittimus ut de provincia Carniolae Ducatum facias, Tibi immediate, & per Te nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & Imperio, reſponſurum. Et ut in ducatu ipſo cognatum tuum fidelem noſtrum in ducem valeas promovere, plenam Tibi concedimus poteſtatem.

Ad cujus rei memoriam & robur perpetuo valiturum, praeſens privilegium fieri, & bulla noſtra aurea Typario noſtrae majeſtatis impreſſa, juſſimus communiri. . . .

Ex Vet. Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 3999.

X.

FRIDERICI I. IMP. ET *HENRICI* VI. ROM. REG. PAX ET CONCORDIA CUM SOCIATIS INITA.

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. *Fredericus*, divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, & *Henricus* ſextus, ejus filius, Romanorum Rex Auguſtus.

Imperialis clementiae manſueta ſerenitas eam ſemper in ſubditis diſpenſationem favoris & gratiae habere conſuevit, quamvis diſtricta ſeveritate exceſſuum delicta debeat & poſſit corrigere, & rebellium inſolentiam ad debitam fidem, & debitae devotionis obſequium revocare. Ea propter, cognoſcat univerſitas Fidelium Imperii, tam praeſentis aetatis, quam ſucceſſivae poſteritatis, quod Nos, ſolita benignitatis noſtrae, nobis innatae

natae pietatis, aperientes, eos & ſocietatem, & fautores, in plenitudinem gratiae noſtrae recepimus, offenſas omnes, & culpas, quibus Nos ad indignationem provocaverant, & clementer eis remittentes, eoſque, propter fidelia devotae ſinceritatis ſuae ſervitia, quae Nos ab eis credimus certiſſime recepturos, in numero dilectorum filiorum noſtrorum computandos cenſemus; paceni itaque noſtram, quam eis clementer indultam conceſſimus, praeſenti pagina duximus ſubtus ſcribi, & auctoritatis noſtrae ſigillo communiri, cujus hic eſt tenor, & ſeries.

Nos Romanorum Imperator *Fredericus*, & Filius noſter *Henricus*, Rex Romanorum, concedimus Vobis civitatibus, Locis, & perſonis ſocietatis, Regalia & conſuetudines veſtras, tam in civitate, quam extra civitatem, videlicet, *Veronae*, & caſtro ejus, & ſuburbiis, & aliis civitatibus, locis, & perſonis ſocietatis in perpetuum; videlicet: ut in ipſa civitate omnia habeatis ſicut hactenus habuiſtis vel habetis; extra vero, conſuetudines omnes ſine contradictione exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis, vel exercetis, ſcilicet in foro, & nemoribus, & paſcuis & pontibus, aquis & molendinis, ſicut ab antiquo habere conſueviſtis, vel habetis; in exercitu, vel in municionibus civitatum, in jurisdictione, tam in criminalibus cauſis, quam pecuniariis, intus & extra, & in caeteris, quae ad commoditatem civitatum ſpectant. Volumus, ut Regalia, quae Vobis non conceſſimus, in hunc modum cognoſcantur ſpecie loci, & homines tam de civitate, quam & de

Epiſco-

Epiſcopatu in hunc modum: eligantur viri bonae opinionis, & qui idonei ad hoc credantur tales, qui nec contra civitatem, nec contra noſtram Majeſtatem, privato vel ſpeciali odio teneantur, qui jurent quod bona fide, ſine fraude, perquirent, & inquiſita conſignabunt ea quae ſpecialiter ad noſtram ſpectant Excellentiam: ſiquis autem ſuper his, quae vobis conceſſimus, vel permiſimus, ſive in civitate, ſive extra civitatem, querimoniam apud Majeſtatem noſtram depoſuerit, ejus querimoniam non admittemus, & ſilentium ei imponemus. Hoc, quod Nos, vel Anteceſſor noſter, Rex, vel Imperator, Epiſcopis, Eccleſiis, Civitatibus, vel aliis quibuſque perſonis, Clericis, vel laicis, ante tempus Guerrae dedit, vel quolibet occaſionis titulo conceſſit, firmum & ratum habemus, ſalvis ſuperioribus conceſſionibus, & pro eo ſolita ſervitia nobis exhibeantur, ſed cenſus non praeſtetur. Commoditates, quas pro bono pacis civitatibus conceſſimus, in civitate, vel extra, illorum Regalium nomine non intelligimus, pro quibus cenſus debeat praeſtari; privilegia omnia, & data, & conceſſiones, quae in praejudicium, vel dampnum civitatis, vel locorum, vel perſonarum ſocietatis, occaſione guerrae, vel injuriam alicujus praedictorum a Nobis, vel a Nuntiis noſtris indulta ſunt, caſſentur, & in irritum deducantur; in civitate illa, in qua Epiſcopus per privilegium Imperatoris, vel Regis, Comitatum habet, ſi conſules per ipſum Epiſcopum conſulatum recipere ſolent, ab ipſo recipiant, ſicut recipere conſueverant;

verant; alioquin, unaquaque civitas a Nobis consulatum recipiat; consequenter, prout in singulis civitatibus, constituentur consules a nostro Nuntio, qui sint in civitate, vel Episcopatu, recipiant investituram, & hoc usque ad quinquennium, finito quinquennio, unaquaque civitas mittat Nuntium ad nostram praesentiam pro investitura recipienda, & sic inposterum; scilicet finitis singulis quinquenniis, a nobis recipiant infra quinquennia, vel a Nuntio nostro, sicut dictum est; nisi in *Lombardia* fuerimus, tunc a Nobis recipient. Eadem observentur in successore nostro, & omnes investiturae gratis fient. Cum autem Nos divina vocante voluntate, decesserimus, vel Regnum Filio nostro concesserimus, simili modo a nostro filio, vel ejus successore, investituram recipient. In causis appellationum, si quantitas xxvll. Imperiales excesserint, appellatio ad Nos fiat, salvo jure, & moribus Brixiensis Ecclesiae, in appellationibus; ita tamen, quod non cogantur in Allemanniam ire, sed Nos habebimus primum Nuntium in civitate, vel Episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat, & juret, quod, bona fide, cuiusque causas examinabit, & diffiniet, secundum leges & mores civitatis ipsius, infra duos menses a contestatione litis, vel a tempore appellationis receptae, nisi justo impedimento, vel consensu utriusque partis remanserint. Consules, qui in civitate constituuntur, tales sint, qui fidelitatem Nobis fecerint, vel faciant, antequam consulatum recipiant. Vasalli nostri a Nobis investituram recipient, & fidelitatem facient sicut

vasal-

vaſalli, caeteri homines ſicut cives a XVI. anno uſque ad LXX, niſi tales perſonae ſint, quibus debeat & poſſit ſacramentum, ſine fraude, remitti. Vaſalli, qui tempore guerrae, vel Treugae, non poſtulaverint inveſtituram, vel debita ſervitia non exhibuerint, hac occaſione pheudum non amittant, libellarie & precarie in ſuo ſtatu permaneant, ſecundum conſuetudinem uniuscujuſque civitatis non obſtante lege noſtra, quae dicitur *Imp. Fridericus*, &c. damna omnia, & ablata, & injurias, quas per Nos, & per noſtros, ab univerſitate ſocietatis, vel ab aliquo de ſocietate, ſuſtinuimus, per Nos, & partem noſtram gratis rejicimus, & plenitudinem gratiae noſtrae eis damus. Moram ſuperfluam in civitate, vel Epiſcopatu, pro damno civitatis, non faciemus. Civitates munire, & extra munitiones eis facere liceat; Item, ſocietatem, quam nunc habent, & quoties volunt renovare, & tenere eis liceat. Pactiones, timore noſtro, vel impreſſione Nuntiorum noſtrorum, factae, pro infectis habeantur, nec pro his aliquid exigatur, puta Placentinorum; ſed pactum pontis padi, & fictum eiusdem pontis, & Regalium, & datum & pactum, quod fecit Epiſcopus *Vgo* de caſtro *arcoate*, & ſi alia ſimilia facta ſunt ab Epiſcopo, vel a communi, vel ab aliis de ſocietate, Nobiſcum, vel Nuntio noſtro, ipſo ponte remanente, cum omnibus ſuis utilitatibus, Placentinis: ita tamen, quod teneant ſemper ſolvere fictum Abbatiae ſanctae *Iuliae* de *Prixia*, & ſiqui ſunt ſimiles. Sententiae quoque, quae jure, & ſecundum leges & conſue-

tu-

tudines, contra aliquem, vel aliquos de ſocietate, latae ſint, teneant: ſi tamen de jure contra eos tenerent, ſi gratiam noſtram habuiſſent: quae vero contra aliquem, vel aliquos de ſocietate, latae ſunt, occaſione guerrae, ſine fructibus & damno reſtituantur, vel ſi eos recuperaverint quiete poſſideant, niſi per electos arbitros ad cognitionem Regalium Nobis aſſignentur. *Obizoni* Marchioni omnem offenſam, quam Nobis, vel alicui partis noſtrae fecerit, poſtquam in ſocietate fuit, per ſe, vel per aliquam perſonam de ſocietate, vel defendendo aliquem de ſocietate, Imperiali clementia, per Nos, & noſtram partem, remiſimus, & in plenitudine gratiae noſtrae eum recepimus, nec per Nos, nec per interpoſitam perſonam ſibi, vel Patri ipſius, aliquam inferemus laeſionem. Amplius tamen jurisdictionem, quam Mediolanenſes exercere conſueverunt in comitatibus Seputi, & Mateſſanae, & Bulgariae, & in alijs comitatibus, exceptis locis, quos tenent per communionem intra Adam & oleum, & excepto Romano vetere & Bariano, eam quam modo exercent libere & quiete, hanc & poſſideant ſine contradictione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum, ſalvis pacis datis & conceſſionibus, & in ſuo robore durantibus, quae Mediolanenſes per commune fecerunt; civitatibus *Pergami*, *Novariae*, *Laudi*, nec propter hanc conceſſionem laedendis. Pacta inter praedictas civitates quondam facta, nihilominus firma & rata permaneant, nec aliquid inteligatur acquiſitum *Mediolano* in Epiſcopatu *Laudi*

di propter praedictas occasiones, salvo jure Mediolanensium atque Lambri, & in pedagio, siquod habent omnes de societate, qui fidelitatem Nobis jurabunt; in sacramento fidelitatis adjicient, quod possessiones, & jura, quae, & quas habemus in Lombardia, & possidemus extra societatem, jurabunt Nos bona fide manutenere, si opus fuerit; civitates, quae sunt de societate extra Lombardiam, in suo confinio similiter facere teneantur, & siquae civitatum, eo quod in conventione pacis, ex parte nostra statuta sunt, non observaverint, caeterae civitates ad id observandum bona fide compellant pace nihilominus in suo vigore permanente. Nobis intrantibus Lombardiam, fodrum consuetum, & Regale, qui solent & debent, parabunt, vias & pontes, bona fide, & sine fraude, & sufficienter in eundo, & redeundo reficient, mercatum sufficiens Nobis & nostris eumtibus & redeuntibus, bona fide, parabunt, in omni decimo anno fidelitates renovabunt. Item Nos restituimus stratam Veronensis, & nominatim recipimus *Egelinum* in plenitudinem gratiae nostrae, & omnem offensam ei remittimus. Hanc ergo pacem, secundum formam praescriptam, & sicut per Mediatores pacis, videlicet: *Guillelmum* Astensem Episcopum, & *Henricum* Marchionem schmensem, & Principem *Tedericum* de *silva benedicta*, & *Rodolphum*, Camerarium nostrum una cum eis intelleximus, bona fide, secundum tenorem, quo eandem pacem jurari fecimus, & secundum quod Lombardi eam bona fide intellexerunt, in perpetuum ratam haberi

beri & conſervari ſtatuimus, & ut firma permaneat & inconcuſſa, praeſentem paginam noſtri impreſſione ſigilli fecimus communiri.

Nomina vero civitatum, quibus gratiam reddidimus, & praeſcriptam fecimus conceſſionem, ſeu permiſſionem, haec ſunt: *Vercello; Novaria; Mediolanum; Laudum; Bergamum; Brixia; Mantua; Verona; Vicencia; Padua; Tarviſium; Bononia; Faventia; Mutina; Regium; Parma, Placentia.*

Iſtis autem civitatibus & locis pacem ſervari volumus, & gratiam noſtram reddidimus; praeſcriptam autem conceſſionem ſeu permiſſionem, eis non facimus: videlicet: *Imolae; Caſtro* ſancti *Caſſiani; Bobio;* plebi de *Gambadona; Feltri* & *Belium cenere. Ferrariae* gratiam reddimus, & praeſcriptam eis conceſſionem facimus, ſi infra duos menſes, poſt reditum Lombardorum ad curiam noſtram, de pace praeſcripta cum eis concordes fuerint.

Hanc itaque pacem & concordiam, ſicut ſupra ſcriptum eſt, tam Nos, quam Filius noſter Romanorum Rex, per Camerarium noſtrum *Rodulphum* in anima noſtra jurari fecimus.

Hi ſunt Principes & Nobiles curiae, qui praedictam pacem, per ſe, firmiter tenere juraverunt.

Hermannus, Monaſterienſis Epiſcopus.

Henricus, Colonienſis electus. Abbas Augienſis.

Bonfredus, Cancellarius Imperialis aulae.

Otto, Dux Bavariae.

Henricus filius noſter, Dux ſueviae.
Bertoldus, Dux ſaringae.
Germanus, Marchio *Veronae.*
Henricus de *Deucio.*
Comes *Theobaldus* de *Elimode.*
Comes *Ludovicus*, frater Cancellarii, de *Elfinſtein.*

Hi ſunt Nuntii, qui, ex parte Lombardorum, pacem praeſcriptam, & concordiam receperunt, & in praeſentia noſtra juramento confirmarunt.

de Mediolano.

Guido de *Landriano pinomol* de *Mimercato Adobacus*, *Butteaffus*, *Guillelmus Burrus Guercius* de *Uſciollo. Aldericus* de *Bonago. Rogerius Mercelinus*, *Lotherius* Medicus.

de Brixia.

Oprandus de *Martinengo. Guercius* de *Torbago deſiderius* judex, *Rodulphus* de *Contexta Bocatius* de *Minerva. Albricus* de *Cabricrao.*

de Placentia.

Girardus de *Ardeonis. Jacobus ſeptatus*, *Armanus* de *Cano*, *Caponus* de *pergamo*, *Albertus* de *Maurelbo. Joannes* de *parigo Lanchfrancus* Monachus. *Albertus Attonis. Albertus Albertoni.*

de Verona.

Chervis Gilbertus de carcere. *Valaricanus* de *Caſtello. Martius* de *Caſtello*, *Thebaldinus Naximguerra*, *Thebaldinns Ramundini.*

de Vicencia.

Pileus obertinus de *fontanino*, *Carlaxorius. Marcus* de *Paulono.*

de

de Padua.

Gniaffus Engliſcus. Ezelinus judex.

de Tarviſio.

Florius judex, *Gobertinus.*

de Mantua.

Alexandrinus, jacobus amice *Agnellus, Auricus Angele.*

de Faventia.

Bernardus ſapiens, *Vgolinus Appi.*

de Bononia.

Antonius pont. *Rolandus Radulphi, Guarini Matheus Radulphi.*

de Mutina.

Artotus judex *Ramertus Bociabadace.*

de Regio.

Albertus cambiator & *Rolandus* de *caritate.*

de Parma.

Jacobus Petri balbi Malodobacus vetulus.

de Lauda.

Vincencius de *fulgidaco.*

de Novarra.

Opizus &c.

Et iſti ſimiliter ex parte Imperatoris juraverunt.

Cono.

Conradus, Pincerna.

Ranerius.

Radulphus, Camerarius pro ſe.

Signum Domini Imperatoris invictiſſimi.

Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLXXXIII. Indictione I. Regnante Domino Imperatore *Frederico* Romanorum Imperatore

glorioſiſſimo anno Regni ejus XXXII. Imperii vero XXII.

Data apud *Conſtantiam*, in curia ſolempni VII. Kalendas Julij.

Ex Cod. MS. membr. Bibl. Vaticanae num. 1989.

25. jun.

XI.

HENRICUS VI. R. R. FERRARIENSIBUS BANNO EXEMPTOS DONAT PRIVILEGIA.

In nomine ſanctae & individuae Trinitatis. *Henricus* ſextus divina favente Clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.

Regalis Majeſtatis noſtrae celſitudo ſicut rebellium contumaciam ultrici gladio debita percellere conſuevit, ſic amplecti & munificentiae dextram ipſis propenſius extendere. Noverit igitur univerſorum Imperii fidelium tam praeſens aetas, quam ſucceſſiva poſteritas, quod nos attendentes praeclara ſervitia, quae Fideles noſtri Ferrarienſes, plerumque Imperio exhibuerunt, & inpoſterum creduntur jugiter exhibituri, banno, quo eos felicis memoriae ſereniſſimus Pater noſter *Fridericus* Romanorum Imperator Auguſtus innodavit, extrahimus, apud gratiae noſtrae plenitudinem ipſos excipientes: ſtatuentes etiam ut ſupradictum bannum, quo fuerunt innodati, nullo modo eis faciat praejudicium. In noſtrae quoque Maje-

Majeſtatis defenſionem & protectionem eos recipimus.

Adhaec concedimus praedicto communi Ferrarienſi jurisdictionem ſeu diſtrictum in civitate Ferrarienſi, & extra civitatem, a mari uſque ad Tartarum. Item uſque ad medium portum *Laureti*; Item *Comaclum* cum ſuo comitatu ex alio latere Padi uſque ad foſſam de Boſio, ex alio latere *Atheſis* a bocca veteri & ſalva terra deſcendendo per *Atheſim* uſque ad diſtrictum venetorum, & ex alio latere a flumine veteri in transverſum uſque ad diſtrictum Bononienſem: nominatim autem concedimus eis *pontem Ducis* cum ſuis pertinentiis. Praeterea Regalia quae habemus, vel habebimus intra praedictos terminos, ipſis concedimus ſalvis appellationibus. Item omnia jura, & conſuetudines, quas hactenus intra praenominatos terminos habuerunt Ferrarienſes, eis confirmamus. Pro his autem omnibus praedictis conceſſis, ſolvent Ferrarienſes annuatim Imperio X marcas argenti, in Kalendis Martii, & eas Nuncio Imperatoris vel Regis, qui pro tempore erit in Lombardia, aſſignabunt. Adhaec monetam eis, ſicut in litteris apertis praenominati Patris noſtri *Friderici* Romanorum Imperatoris continetur, auctoritate Regia confirmamus. Adhaec Ferrarienſes, qui ſunt in aetate XV. annorum uſque ad LXX. annos jurabunt nobis fidelitatem contra omnem hominem, ut juramenta fidelitatis renovabunt quolibet quinquennio ſi requiſiti fuerint per nuncium, vel per litteras noſtras. Item Ferrarienſes non intrabunt illam magnam ſeu commu-

nem ſocietatem Lombardiae: ſed ſi pro neceſſitate guerrae vel pacis volunt ſocietatem inire cum aliqua civitate vel perſona, hoc bene permittimus, ſalva fidelitate noſtra. Ut autem haec noſtrae Celſitudinis conceſſio firma & inconvulſa permaneat, praeſentem ſuper hoc paginam conſcribi fecimus, & eam Majeſtatis noſtrae ſigillo communiri &c.

Hujus rei Teſtes ſunt. *Godefridus*, Patriarcha Aquilegienſis; Electus *Ravennas Willielmus*; *Bonifacius*, Novarienſis Epiſcopus; *Otto* Friſingenſis Epiſcopus; *Ardicio*, Mutinenſis Epiſcopus; Praepoſitus *Sigelous*; *Conradus*, Dux de *Rotenberc*; *Bonifacius* Marchio *Montis ferrati*; Marchio *Opizo* Eſtenſis; *Henricus Teſta*, Mariſcalcus; *Henricus* Camerarius de Lutr. *Jacobus Trotte*; *Ottolinus* de *Mainardo*. *Suſinellus*; *Petrus bonus* de *Pagano*; *Menabos*, conſules *Ferrariae*: *Taurrellus*, *Salinguerra presbyterinus*, *Jacobus* & alii quam plures.

Signum Domini *Henrici* ſexti Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego *Ditherus*, Imperialis aulae cancellarius, vice Domini *Philippi*, Colonienſis Archiepiſcopi & totius Italiae cancellarii, recognovi.

Acta ſunt haec Anno Domini MCXCI. Indictione IX. regnante Domino *Henrico* ſexto Romanorum Rege glorioſiſſimo, Anno Regni ejus XXII.

Data *Bononiae* per manum Magiſtri *Henrici*, Imperialis aulae protonotarii primo Idus Februarii.

De-

Digitized by Google

Dedimus *Bernandino* de *Conviaco*, militi curiae, in mandatis, ut ducat eos in poſſeſſionem *Pontis Ducis* cum omnibus Regalibus, quae continentur in ſupradictis finibus.

Ex Cod. MS. Bibl. Reg. Sueciae in Vatican. num. 378.

13. Febr.

XII.

LODOVICUS FRANCIAE PRIMOGENITUS RECENSET JURA SUA IN TERRA B. *VEDASTI.*

In nomine ſanctae & Individuae Trinitatis *Ludovicus* Domini Regis Franciae primogenitus.

Noverint univerſi &c. Quod per veram Inquiſitionem cognovimus, quod *Joannes*, quondam comes Flandrenſis, habuit in Terra B. *Vedaſti*, (a) Multrum, Raptum, & Incendium, & Iuſtitiam omnimodam ad iſta pertinentem, & Latronem quando Iudicatus erat, & Exercitum, & Equitationem ſicut in civitate Atrebatenſi, & monetam & recurſum Iuſtitiae, quando Abbas, & ſcabini, & alii, qui judicare debent, deficiebant de jure faciendo, & Gabalum. (b) Haec omnia nobis, & Haeredibus noſtris in perpetuum retinemus, ſicut

(a) Pertinente ad Eccleſiam Atrebatenſem, cui praeerat S. *Vedaſtus* Epiſcopus.

(b) Gablum, cenſus, tributum.

Digitized by Google

& Nos, & anteceſſores noſtri ea hactenus habuimus, & ubicumque ea habueramus; Eo modo retinemus Gallinas & redditus ſiquos habemus in Terra illa, & Advocatiam jllius Terrae, eo modo, quo ſi Abbas, & monachi, Nos requiſierint tanquam Advocatum, vel Ballivos noſtros, & conſtituerimus eorum Rebelles, de foris-facto illorum etiam partem habebimus, & Abbas duas partes. Et ex quo ad hoc fuerimus advocati, vel Ballivi noſtri, non poteſt inde pax fieri ſine nobis. Sciendum praeterea: Quod Abbas, & monachi, nullum hominem, vel faeminam, qui debent nobis ſervitium, retinebit in Terra illa, niſi eos qui modo ſunt ibi manſionarii, & haeredes eorum poſt eos. Quittamus etiam in perpetuum corvejas, *) quas in Terra illa hactenus habuimus, & de omnibus aliis liberum judicium remaneat abbati, & judicentur Liberi homines per liberos homines Abbatis, & Villani per ſcabinos in Terra Eccleſiae; ubi juſtitia debet fieri, ſalvo recurſu juſtitiae, ſicut ſaepius diximus. Volumus, & concedimus, Quod homines Eccleſiae feudati, & ſervientes, & conductitii, & molendinarii **) & Furnarii immunes ſint ab Exercitu, ſicut hucusque fuerunt.

Quod ut perpetuum robur obtineat, praeſentem paginam ſigilli noſtri auctoritatete, & noſtri nominis caractere inferius annotari praecepimus.

Actum

*) *Corvejae.* Operae quas ſubditi ac ruſtici dominis ſuis praeſtare ex lege tenentur.

**) Qui molendinis, furnis & piſtori praerant.

Actum Anno Dom. M. CC. XII. Regni vero Patris noſtri Anno XXXIIII. aſtantibus in Palatio Ejusdem Patris noſtri, quorum ſubpoſita ſunt nomina & ſigna.

Guidus Buticulus ſubſcripſi *Barthius* Camerarius ſubſcripſi *Draconus Conſtabulus* ſubſcripſi Datum, vacante Cahcellaria, per manum *Guidi* de *athiis.*

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 3942.

XIII.

APOLOGETICA *FRIDERICI* II. IMPERATORIS.

Fridericus Dei gratia omnibus praeſentes Litteras jnſpecturis, dilectis Fidelibus, & amicis ſuis, gratiam ſuam & omne bonum.

Aſſumpto ad regimen univerſalis Eccleſiae *Innocentio*, *) ſummo Pontifice, in applauſum promotionis & honoris ſui miſimus ad Eum ſolemnes nuntios & Legatos noſtros *A*. . . Sacri Imperii & Regni ſiciliae Admiratum, Magiſtros: *Petrum* de *Vinea*, & *Thadaeum* de *Sueſſa*, magnae curiae noſtrae Iudices, dilectos fideles noſtros, quos praedictus, ſummus Pontifex occaſione ſententiae dudum latae contra nos, cui ipſi communicabant & communicaverant, non admiſit. Demum; ne occaſione praedicta, pacis Tractatus differretur

Poſt an. 1243.

*) Hujus nominis quarto.

(licet ſententiam contra nos latam per olim *Gregorium*, ſummum Pontificem, multis & evidentibus rationibus crederemus indubitabiliter eſſe nullam) nihilominus tamen promiſimus per dictos Nuntios noſtros, & Panormitanum Archiepiſcopum, quod Romanos, Lombardos, & Tuſcos, in Galeis captos, & alios omnes, libere liberabimus, & ab omnibus juramentis & obligationibus, quibus obligaſſent ſe nobis poſt captionem, abſolvemus omnino, tam omnes, qui liberati ſunt, quam qui poſtea liberabuntur, & ſuper hoc litteras noſtras etiam dabimus Fidelibus noſtris, ut qui capti ſunt per detemptores liberentur, alios inſuper captivos, captos occaſione diſcordiae primae, vel ſecundae, tam clericos, quam Laicos, libere permittemus & ſecure redire ad propria, & permanere ſecure in poſſeſſionibus & rebus eorum, bonis integre reſtitutis. De diſcordia autem Romanorum volebamus ſtare ordinationi domini Papae, & Fratrum, tam de reſtitutione damnorum datorum in Guerra, quam de aliis, ita tamen quod ſtatueretur de ſecura indempnitate noſtrorum, & excepto caſtro Angeli, de quo nullatenus compromittere volebamus. De damnis datis per nos, vel officiales noſtros, Praelatis, Eccleſiis tam Religioſorum, quam ſaecularium, vel aliis, de mandato noſtro, poſt ſententiam latam in Nos, ſatisfacere volebamus ſecundum proviſionem & benignitatem ſedis Apoſtolicae, Quae omnia cum parati eſſemus obſervare, dominus Papa, motus propterea quia nolebamus in Eum ſuper negotio Lombardorum, de juribus ſcilicet

&

Digitized by Google

& Regalibus noſtris, compromittere, negat, & differt abſolutionem noſtram. Volentes igitur de manifeſtis, pro quibus excommunicati fueramus ab homine, vel canone ſatisfacere, & emendam praeſtare, & de dubiis ſatisdare, dummodo nobis exprimantur ea, quae manifeſta, & in cauſa manifeſti Dom. Papa eſſe dicat. Ad oſtendendum praeterea majora devotionis ſigna miſimus praedictos Magiſtros *P.* & *T.* munitos pleniſſima auctoritate generalium & ſingularium mandatorum, & litterarum, quas praedicti Nuntii, poſtquam advenerant, de mandato ſummi Pontificis, tribus Cardinalibus oſtenderunt, per quas manifeſte conſtabat, quod ſuper omnibus & ſingulis capitulis, quae manifeſta erant, ſatis facere poterant & volebant, oſtendentes praeterea alios ſolemnes nuntios, quos ſecum ad Romanam curiam duxerant, mittendos pro exequendis omnibus praedictis per ſingulas partes Imperii, & Regni noſtri, mora qualibet & ambiguitate remotis. Et, cum praedicti Nuntii inſtanter inſtarent, ut ſi quae alia dominus Papa manifeſta haberet, ea exprimeret, ac etiam reſponderet, ſi oblatus in ſingulis modus ſatisfactionis ſibi placeret; Neutrum iſtorum obtinere potuerunt, niſi quod Dom. Papa Terram ſibi ſimpliciter poſtulabat, & alia ſuo conſilio reſervabat, adjicienſque omnia, quae manifeſta erant, ſe neſcire ad praeſens, ſed quod multa manifeſta ſciebat, quae tunc dicere non valebat.

Quod cum praedicti Nuntii, nimis Nobis periculoſum aſſeverent Terram ſibi reſtituere, & nos quodammodo demunire, & inſuper particulariter

ſatis

ſatis facere priusquam pacem per Eccleſiam haberemus, ſic enim diu poſtea, dum aliquis articulus excogitandus ſupereſſet, qui manifeſtus diceretur, in Excommunicatione maneremus, ſupplicabant itaque inſtanter, ut de oblatis, & ſecundum oblatum modum, ſi ſufficiens videretur, ſatisfactione recepta, de modo, & tempore abſolutionis noſtrae reſponderet, aut quod ſaltem alicui ex Fratribus committeret, qui non plus nos abſolveret, quam de praeſentibus manifeſtis, aut aliis, quae ad praeſens deſignarentur, & ſatisdatio ſequeretur. Quod ab Eo, occaſione Lombardorum, ut dictum eſt (licet de ea non palam, ſed clam, & per alios faceret mentionem) nulla tenus potuit obtineri, quanquam Imperatore Conſtantinopolitano, qui praeſens erat, & ſtatum Imperii Romani, & fere totius orientalis Terrae miſerabiliter cauſabatur, nec non comite Tholoſano, & quampluribus aliis nobilibus, & religioſis viris, ſuppliciter inſtantibus.

Medio autem tempore, dum de Conſummatione pacis cum jnſtantia tractaretur, & nos tam civitati Viterbienſi, quam aliis Terris Eccleſiae, pacem mandaverimus exhiberi, civitates ipſius & Loca, & ſpecialiter Viterbienſes, contra fideles noſtros iſtarum partium hoſtilem facientes inſultum, prout dabatur cuilibet oportunitas, multos ex noſtris expoliaverunt bonis, mancipayerunt carceribus, & non nullos etiam miſerabiliter occiderunt, quaſi quadam temporis oportunitate captata, qua ſub umbra pacis fideles noſtros offenderent, in perſonis & rebus. Propter quod, ad defen-

Digitized by Google

defenſionem noſtrorum Fidelium, ex Imperialis officii debito, quanquam rationabiliter provocati, non tamen abjecimus ſuper firmitate pacis conſummare tractatum, inſtantiſſime repetentes, ut liquidis deſignatis, de quibus ante abſolutio petebatur, omnimoda quantitate & qualitate ſatisfactionum expreſſis, abſolutionis noſtrae modus & terminus nobis diceretur.

Denique; ſi queratur, quod ante ſacramentum non fuerunt haec omnia terminata, & ſpecialiter negotium Lombardorum, reſpondemus: quod Lombardorum quaeſtio ante ſacramentum extitit deciſa; quanquam Dominus Papa, ſi dicere liceat, aliud in corde gereret, quam voce proferret. Cum enim tractata fuiſſet contentio de Lombardis, & Papa conſtanter inſtaret, ut praeciſe compromitteretur in Eum, ſicut in quondam Dom. *Gregorium* aliquando fuerat compromiſſum, & reſponderetur Ei, quod tunc quando compromiſſum fuerat in Papam *Gregorium*, erat amicus noſter, nec Nos Excommunicatos habebat ſicut vos habetis; & quia jam experti ſumus periculum hujusmodi materiae de compromiſſione in Eccleſiam facienda, per quam ne dum nihil commoditatis fere per XV annos habuimus, imo incommodum reputavimus, dum CCCC milites, quos pro multis offenſis, Dom. *Honorius* Papa, ex compromiſſo in Eum facto, condemnaverat, dom. *Gregorius* contra nos, Exiſtentes pro ſervitio Jeſu Chriſti in Transmarinis, transmiſit in Regnum.

Tandem petiit, ut (quia Eccleſia ſe ad hoc Lombardis obligaverat, quod aliter nobiſcum pacem

cem non faceret niſi poneret ipſos in pace) Lombardis illis rebellibus Imperii, quos Eccleſiae adhaerentes vocabat, pacem daremus, & liberaremus captivos eorum; cum Nuntii ſupradicti de datione pacis concederent, captivos tamen non uliter dicerent liberandos, niſi prius ſacramentis fidelitatis, & cautione praeſtitis per eosdem, quod in curia noſtra, & coram Paribus, prout eſt omnium Regnorum juris & moris ſuper detentione Regalium; & ipſorum obventionibus ſtarent, & Iuri parcerent; Dominus Papa primo de Lombardis conveniendis in curia Imperii movit quaeſtionem, quam ipſimet Lombardi nullo tempore ante moverant, cum ipſos de Imperio, & Imperii Vaſallos eſſe conſtaret. Pernicioſiſſimo praeterea exemplo ſaepedicti nuntii fore dicebant, ſi de jurisdictione Vaſallorum Imperii, ſeu quorumlibet Regum per Dom. Papam quaeſtio, ſeu dubietas aliqua referretur. Sed nihil exinde motus, in evidentius noſtrum praejudicium, & manifeſtam noſtram injuriam, nullis etiam per Lombardos praeſtitis fidelitatis juramentis, ipſos captivos reſtitui poſtulabat. Quod cum per nuntios noſtros foret manifeſte negatum; dixit tandem quod verba iſta: de *Sacramentis Fidelitatis*, *& reſtitutione Captivorum*, de articulis tollerentur, & haberentur pro non ſcriptis, aut dictis. Credens, quod ſub articulo, vel involucro potius *plenae pacis*, quam ex nunc promittebamus Lombardis dare, comprehenderetur reſtitutio captivorum. Quam ſubtilitatem, vel potius captionem, dum perciperent nun-

nuntii, proteſtati ſunt, & manifeſte dixerunt, quod nolebant, nec intelligebant, quod ſub articulo & verbis *plenae pacis*, captivorum reſtitutio comprehendi deberet, praeterea, ubi de reſtitutione captivorum agitur, expreſſum eſt in illo articulo: Quod captivi in Galeis, & occaſione praeſentis diſcordiae liberarentur; cum captivi, quos tenemus, dudum ante diſcordiam inter Eccleſiam, & Imperium, in victoria de Mediolanenſibus habiti fuiſſent.

Ultimo; cum nihilominus ad Sacramentum, & pacem, ut dictum eſt, in coena domini proceſſum fuiſſet, dominus Papa, quod forſitan vel in concepta ſubtilitate ſua, poſt ſacramentum praeſtitum, crederet procedere, quaſi nobis ſtrictius obligatis, vel dum aliud a Nuntiis obtinere non poſſet, formam attentantem praedictam ſubſequerentur Mediolanenſium, & aliorum Lombardorum, qui praeſentes erant in curia, Lacrymae, & quaerelae, petitionem ſuam de Compromiſſione ſub negotio praeciſe in ipſum, & Eccleſiam faciendam, denuo repetivit. Quod cum nuncii nullatenus facere vellent, praeſertim cum tantam affectionem ad Lombardos, dominum Papam habere viderent, tandem ad viam aliam ſe convertit, ſcilicet ad petitionem reſtitutionis Terrae, nulla de abſolutione noſtra facta certitudine. Quod quam periculoſum nobis foret, aliis articulis in contemptione manentibus & dom. Papa in hujusmodi voluntate, quam pro Lombardis contra nos conceperat, perſiſtente, cujuslibet ſanae mentis jnduſtria manifeſtiſſime comprehendit.

De-

Demum ne tam desideratum mundo negotium rumperetur, vias & modos omnes invenire studuimus qualiter ad consummationem boni principii procedi valeret; Et sicut ex vicinitate corporum posset occurrere vicinitas voluntatum obtulimus sibi sub hoc dubio non modicam Terrae partem restituere, si vellet in Campaniam se conferre, ubi nos, circa Regni nostri confinia vicinantes, per frequentes internuncios, & nos ipsos, si rerum utilitas postularet, personaliter insimul conferre possemus, ita tamen ut Nobis interea caveretur de Terrae reliquo, quae in nostris manibus remanebat, contra voluntatem nostram a nobis nullatenus avertendo. Quod cum admittere primitus noluisset, tandem, post varios Tractatus, annuit non in Companiam, sed Narniam se velle conferre. Unde nos in tannue manentes, per quinque tantum milliaria distabamus. Nobis demum juxta condictum, exspectantibus adventum ipsius Ipse, variato proposito, Urbem exiens ad civitatem se contulit *castellanam*, & ultra procedere recusavit. Veniens autem *Narniam* magister O... venerabilis Portuensis Episcopus Cardinalis, qui, velut variati propositi nescius, Papam ibidem crediderat invenire, reiterato Tractatu cum Nuntiis, ad hoc perventum est: Quod si latenti morbo, videlicet de negotio Lombardorum, medicina non esset apposita, Pax omnino procedere non valeret; Nos, pro bono pacis, infra scriptas formas dedimus in scriptis cardinali praedicto super negotio Lombardorum; videlicet,

Digitized by Google

cet, Quod, ante ortam diſcordiam inter Eccleſiam, & Imperium, rebelles nobis fuerunt, diximus tamen, quod parati ſimus compromittere in dominum Papam, ita videlicet. Quod pro honore Domini Papae, & Eccleſiae, compromiſſum ipſum publice fiat ſine conditione, & adjectione temporis, ſed praeciſſe; cavebitur tamen nobis per Litteras Domini Papae, quod id quod Lombardi praefati, Mediolanenſes ſcilicet, & ſequaces Eorum, obtulerunt nobis in Tractatu Pacis, poſt obtentam de eis victoriam, jubebit eos nobis facere & non minus (Forma autem praedicti Tractatus inferius declarabitur ſeriatim) vel ſi ad illud non potuerint forſitan induci Lombardi, jubebit eos facere quod obtulerunt ante victoriam obtentam de eisdem. Hoc adjecto; Quod de obſidibus dandis, quos in ipſo Tractatu Lombardi dare voluerunt, pronuntiabit dominus Papa, videlicet: de tot, & talibus obſidibus, per quot, & quales, dominus Papa nobis, & Imperio viderit eſſe cautum; & haec terminabuntur infra certum tempus trium menſium, computandorum a die, quo ambae partes cum plena auctoritate coram Dom. Papa comparuerint, vel earum altera, in praefixo termino dato (qui tamen duorum menſium ſpatium non excedat) voluerit comparere; illud autem, quod in praedictis Tractatibus, primo, vel ſecundo, in contentione erat, & ſuper quo cum Lombardis praedictis concordare non potuimus, excepto de obſidibus, ſicut dictum eſt; erit in arbitrio domini Papae. Forma autem

oblationis in primo Tractatu, talis fuit; videlicet I. obtulerunt nobis pro honore noſtro, & Imperii, ponere ſe in mercede noſtra, & projicere vexilla eorum ante pedes noſtros II. obtulerunt etiam ſocietates diſſolvere, & renuntiare Tractatui Conſtantienſi. III. ſuper offenſis autem uſque ad tempus illud perpetratis obtulerunt Emendam juxta Tractatum cum Cardinalibus habitum ſcilicet Dom. Hoſtienſi, & Magiſtro *Thom.* de *Capua*, de CCCC vel uſque ad D. militibus, intra mare & non ultra mare mittendis, & per biennium moraturis, vel dando pecuniam pro militibus illis prout ipſi Lombardi eligerent. IV. ſpecialiter autem Mediolanenſes offerebant cenſum pro ſe primo non ſolutum ſolvere a die coronationis noſtrae uſque ad diem habiti Tractatus, ita tamen, Quod nos remitteremus eis omne jus, quod adquiſitum erat nobis & Imperio ex ceſſatione cenſus, pro praeterito tempore non ſoluti, & novam conceſſionem faceremus, & confirmationem, juxta tenorem privilegiorum ſuorum, communi mediolanenſium de civitatibus ſuis, *Cremam* autem offerebant ſereddituros nobis quam in recommendationem & defenſionem ab Imperatore *Henrico*, Patre noſtro, ſe recepiſſe dicebant, ita tamen ut eis & cremenſibus cautum eſſet per litteras noſtras, ne nos *cremam* cremonenſibus tradere vel reddere deberemus, ſed in noſtro, & Imperii dominio retinere. De Inſula autem *Fulterii*, nullam quaeſtionem referebant, ſed ipſam ſe dimiſſuros in manibus noſtris, ſin pliciter offerebant. V. Petebant autem praedicti Lombardi remiſſionem omnium offenſarum

ſarum per eos contra nos, & Principes quoslibet contra Imperium Commiſſarum. VI. Petebant etiam, Quod nos promitteremus eorum conſervare civitates tunc rebelles, ſalvos & integras muris, portis, & foſſatis, & in omni eo ſtatu in quo tunc erant. VII De Iurisdictionibus autem petebant, Quod nos eus civitatibus conſervaremus, quae de eis ſpecialiter privilegia, poſt pacem *conſtantiae*, a praedeceſſoribus noſtris habuerunt; idem petebant de omnibus aliis caſtris, villis, juribus & honoribus, de quibus ſpecialia privilegia, ut dictum eſt, civitates habebant, de his autem Iurisdictionibus Terris, & Iuribus, de quibus ſpecialia privilegia non habebant, offerebant ſe, ſtare Iuri in curia noſtra, & coram Principibus Imperii. VIII. Simpliciter autem offerebant Nobis reſtituere quidquid Imperator *Henricus* tenuerat uſque ad obitum ſuum; civitates autem, quae nobiſcum tunc erant, & nunc ſunt, offerebant ſe reſtituturos, quidquid de Iure, & pertinentiis ipſorum habebant. IX. Super obſidibus autem altercatio fuit, & nos eos ad cautelam noſtram, & Imperii, petebamus, nec ſacramentis tantum volebamus eſſe contenti, quos Ipſi nullatenus ſe dare velle dicebant, ſed alias ſecuritates offerebant: petebant autem ſecuritates pro parte ſua a nobis ſibi per Eccleſiam faciendam ſed nos, per nos, filios noſtros, & Principes Imperii, ſecuritatem faciendam offerebamus. X. Petebant Mediolanenſes praefati, Quod nos promitteremus eis, recipere in gratiam noſtram alias civitates, quae tunc

Mediolanenſibus adhaerebant; non ſimul ſed ſemotim & ſigillatim, prout quaelibet ad gratiam noſtram pro ſe venire volebat, contra eam autem vel eas civitates, ſeu perſonas, quae vellent in rebellione perſiſtere, promittebant Mediolanenſes aſſiſtere nobis, & eſſe nobiſcum ſicut fideles Vaſalli dominis ſuis aſſiſtere tenentur, & debent. Super Iurisdictionibus autem contentio erat, Quia nos eas ab omnibus civitatibus ſimpliciter & praeciſe habere volebamus, de quibus noſtra, & progenitorum noſtrorum privilegia non habebant. In Secundo Tractatu, poſt obtentam victoriam, oblata fuerunt omnia, & ſingula ſupra ſcripta, & iis amplius quia privilegia in manibus noſtris reſignare volebant, & obſides etiam dare offerebant; licet de numero, quem nos non poſſe deſignare tunc temporis dicebamus, & de tempore retinendorum obſidum fuiſſet altercatio inter partes. De Iurisdictione autem, quam nos ſimpliciter, ſicut quilibet Rex in Terra ſua, habere volebamus, ſimiliter contentio fuit; Quanquam Mediolanenſes ſe contentos haberent recipere capitaneum a nobis, quem eis dare vellemus, & ibidem ad voluntatem noſtram ponere, qui Iurisdictionem, & merum Imperium in civitate Mediolanenſi, & ejus diſtrictu, pro parte noſtra & Imperii exerceret.

Praeter priores illas Formas de Negotio Lombardorum, obtulimus compromittere in Dom. Papam, & Fratres; ita tamen, quod prius omnino rumpatur promiſſio, protectio, & quaelibet obligatio, habita inter Eum, & Eccleſiam, ex una parte;

parte; & Lombardos, ex altera; quia non deceret, nec expediret nobis compromittere de negotiis Imperii, de quibus eſt inter nos, & Lombardos quaeſtio, in protectorem rebellium Lombardorum, & eis, ſuper his, ſpecialiter obligatum, & hoc ſalvo jure noſtro, & Imperii (deducta expreſſim de compromiſſo, pace *conſtantiae*, ita quod de ea ſervanda, Dom. Papa, nec Fratres, nihil habeant arbitrari, cum ſit promiſſum & firmatum per Principes Imperii, Quod praedictam pacem, tanquam factam in evidens praejudicium juris & honoris Imperii, non debeamus obſervare.) Ita tamen, Quod ex compromiſſo praedicto ad nullas cautiones alias teneremur vel obligaremur Lombardis, niſi ad promiſſionem, vel obligationem & Principum, & Communium civitatum, & aliorum Fidelium noſtrorum, faciendas pro compromiſſo & pace ſervandis, appoſito termino finiendi, prout in ſuperiori forma continetur.

Praedictis autem modis in Dom. Papam compromittere volumus; Quod ſi acceptare nollet, obtulimus, nos paſſuros, quod Nuntii rebellium Lombardorum venirent ad curiam Romanam, & quod Dom. Papa tractaret inter nos, & eos, & ex tractatu praedicto credebamus procul dubio concordiam proventuram, ut tandem, ſive compromiſſum fiat, ſive Tractatus ſimplex, abſolveremur. Petivimus enim, priusquam iſta fiant, ut declarentur omnia, quae dubia & obſcura ſunt in forma pacis tractatae inter nos, & Eccleſiam, & quod mandata facienda, per dominum Papam

declarentur, & fiant ſpecialiter de Hoſpitalibus faciendis, ſimiliter & de ſubſidio militum & pecuniae pro contemptu clavium facienda. Volumus etiam declarari & ſpecificari, jura noſtra, quae habemus & habere debemus in Marchia & ducatu, & alia Terra, quam Eccleſia tenet, videlicet cavalcatam; mercatum, & proviſionem, quae nos, tanquam advocati, Patroni, & defenſores Eccleſiae, habere debemus de Terra praedicta, & de quibus in poſſeſſione ſumus uſque ad tempus diſcordiae; Quanquam de modo habendi Exercitum, & cavalcatam praedictam, aliquando contentio fuit, inter nos, & ſummos pontifices *Honorium*, & *Gregorium*, qui ea non jure noſtro, ſed ad mandatum Eccleſiae requiſitae, de his Nos debere recipere & habere, dicebant.

Haec ideo dicimus, non propterea ut occaſionem impediendae pacis, vel differendae, quaeramus: Sed ut omnibus declaratis, & firmiter compoſitis, quae diſſenſionem & diſcordiam inter Nos, & Eccleſiam, excitabant, nos ſervitiis Dei & Eccleſiae, ac Imperii Negotiis, poſſemus impoſterum ſecure vacare. Nec miretur aliquis ſuper eo, quod haec omnia exprimere & declarare prius non potuimus; nos enim de juſtitia, & innocentia noſtra confiſi, haec ante firmatam pacem, & ſacramentum praeſtitum, non diſcuſſimus; Nunc autem cum verbis & factis ipſius dom. Papae voluntatem experti ſumus, nos committere metuimus; praeſertim, cum proprio tantum motu, nec conſilio Cardinalium, prout eſt approbati

bati Iuris & moris, Eccleſiam Romanam regat, & nonullis Cardinalibus, maxime authoritatis viris, dixerit: Quod nec ipſos velit conſulere, nec ſequi conſultos. Oſtendit autem, ut dictum eſt, motum ſuum, circa nos, poſt firmatam pacem in multis; in primis, Quia, cum promiſiſet non propalare tractata priusquam a partibus abſoluta eſſent, ipſam formam tractatus praedicti, etiam aliter quam dictata fuerat, omnibus expoſuit, in Communi; adeo quod apud Lateranum quibuslibet pro VI. denariis volentibus emere, vendebatur, & de hoc publicum teſtimonium invocamus, & ſpecialiter Cardinalium, qui de hoc admodum doluerunt. Palam etiam coram Cardinalibus Imperatore Conſtantinopolitano, & comite Tholoſano, dixit, quod vel uno ſolo articulo ſatisfactionum, ſcilicet de injuria praelatorum, nequibamus pro Quadringentis millibus marcarum argenti ſatisfacere. Dixit etiam, nimis iratus, dum de negotio Lombardorum in ipſum praeciſe committere non vellemus; quod adhuc rogaturi eramus de hoc, & ipſe non reciperet compromiſſum. Alias etiam in favorem Lombardorum voluntatem ſuam valde detexit, cauſam ipſorum manifeſte defendens, de fidelitatibus a Lombardis, Nobis & Imperio faciendis, referens quaeſtionem. Procuravit praeterea, qualiter Terra, quam tenemus, & de qua forma inventa erat quae utrique parti placebat, ante pacis adventum averteretur a nobis, & citra voluntatem noſtram adhaereret Eidem; recipiens praefectum, & quosdam ſequaces ſuos, cum Terris eorum,

quae omni tempore Imperii fuit, & dignitatem ab Imperio recepit. Nuper etiam Nunciis Regis Franciae, & dein coram omnibus Cardinalibus dixit, quod etiamsi nos absolveret, & Lombardi pacem pienariam non haberent, Ipse, post absolutionem nostram adjuvaret Lombardos contra Nos. Haec & alia multa sunt, quae Nos deterrent, quare Nos voluntati Domini Papae committere metuimus in totum, aut in partem, priusquam simus de absolutione, & pace securi. Nihilominus tamen, ut evidenter mundus agnoscat, quod Nos pacem desideramus, nec occasionem quaerimus qualiter discedamus a pace, parati sumus Nos comittere duobus Cardinalibus in scriptis, quibus Dom. Papa negotium absolutionis committat, qui etiam de manifestis recipiant satisfactionem, & de dubiis cautionem, quique plenam super hoc de consilio Fratrum auctoritatem habentes, quae liquida sunt, & de quibus Emenda procedere debet, exprimant & designent; Quibus factis, absolvat Nos Papa in requisito. Super facto etiam Lombardorum (Quia sine consilio Principum, Pace *Constantiae* non excepta, Nos alicujus arbitrio committere non debemus, aut possumus) stabimus libenter uni de Formis datis domino *O*. . . Venerabili Portuensi Episcopo Cardinali, quam ex eis Dom. Papa eligere voluerit; vocabimus etiam libenter Principes, & si de consilio Eorum processerit, quod plus facere debeamus, plus libentissime faciemus in negotio saepedicto ad hoc, ut pax valeat provenire.

Prae-

Digitized by Google

Praedictis vero compositis & declaratis, parati fuimus, juxta condictum, Terram restituere, quam tenemus, & Ecclesia possidebat prius quam de Alemania discederemus, & in Regnum intraremus. Obtulimus etiam, si dominus Papa in *Campaniam* ire voluerit, & ibi morari, dum praedicta omnia declarentur, & absolutio subsequatur, partem Terrae restituere, de qua actum est; ita ut nobis tamen caveatur; Quod Dom. Papa per se, vel per alium, non procuret nec procurari permittat, aut etiam sine procuratione recipiat Terram aliquam, seu personam, a fidelitate nostra divertentem, & ad Ecclesiam ire volentem, usque ad Kalendas Martii primo futuras. Obtulimus etiam, Quod si Dom. Papa voluerit in *Campaniam* ire, non recepta Terae parte, de qua agitur Nos cessare faceremus a Guerra, quae fit alibi contra Terram, quam Ecclesia detinet.

Propter tantum bonum etiam Consummandum, ad plura descendimus ad quae nullo modo descendere credebamus, videlicet, super facto Lombardorum, retentis prioribus Formis super declaratione facienda in aliis capitulis quae in Formam pacis devenerunt, si Dom. Papa totum negotium absolutionis committere velit Portuensi, & Albanensi Episcopis, nos stabimus dicto & declarationi ipsorum. Et super declaratione facienda de Iure, quod habens in Terras Ecclesiae petivimus expresse apponi, de Exercitu, cabalata, foro & procuratione; quod si praedicta expresse designare noluerint, contenti sumus quod serventur nobis ea omnia, quae Principes Imperii

habent in Terris Eccleſiarum, quarum Ipſi ſunt advocati, & ſuper hoc ſtabimus teſtimonio Principum praedictorum.

Deinde; cum ad procedendum ſuper formis praedictis, nobiles viri Imperator Conſtantinopolitanus, & comes Tholoſanus, & Magiſtri, *Petrus* de *Vinea*, & *Thadeus* de *Sueſa*, poſt Collationem ſuper eis cum Dom. Papa, & Fratribus habitam, vocati per Magiſtros, *O.* Portuenſem, & *P.* Albanenſem, Epiſcopos Cardinales, ad curiam proceſſiſſent, cum poſt diverſos Tractatus ſuper reſtitutione partis Terrae, ut praedictum eſt, & de proceſſu Papae in *Campaniam*, conveniſſent, data praedictis nuntiis firma fiducia ſummi Pontificis, cum quo praedicti Cardinales de Forma ipſa tractaverant; Tandem Papam variaſſe conſilium reſponderunt, & in *Campaniam* ipſum procedere nolle dixerunt.

Redeuntibus vero praedictis Nuntiis ad Nos cum varietate praedicta, ſubſequenter praedicti Nobiles Imperator, & comes, qui poſt ipſos remanſerant, redierunt, & a Cardinalibus ſupradictis, de expreſſa ſummi Pontifex voluntate, habuere, Quod ſi noſtro beneplacito reſideret, Dominus Papa libentiſſime procedebat *Reate*, ſub modo & conditionibus, quibus proceſſurus in Campaniam petebatur. Quod ipſum etiam acceptantibus nobis, Tandem dum ad Complementum indubitatum praedictos viros egregios, Imperatorem, & comitem, ac praenominatos Iudices noſtros remitteremus ad Papam, & Fratres

Digitized by Google

XXVIIII Iulii, ſecundae Indictionis occurrit eis procendentibus rumor, ultra quam dici valeat inſperatus, videlicet: Quod praefatus Papa, & pater noſter, praecedenti nocte, accinctus gladio in habitu militari, *Suſtrium* exiverat, relictis & omnino celatis Cardinalibus aliis, Nepote ſuo Cardinale tantummodo comitatus, & ſe contulerat ad Galeas quas occulte *Ianuae* fecerat praeparari, & ſimulata alia occaſione venire, cum Ianuenſibus, nobis, & Imperio noſtro rebellibus, ſubito navigavit ad Ligures, vel ad Transalpinas partes, ut creditur, proceſſurus, in noſtrum & Imperii, ſi poſſe (quod abſit) voluntati conſenſerit, nocumentum.

Animadvertat igitur Induſtria veſtra, utrum Pax in puritate Nobiſcum, vel aliter tractabatur, cujus Tractatu pendente, Galearum vocatione (nobis, & Cardinalibus etiam, ſicut credimus, prorſus ignaris) de ruptura negotii agebatur occulte. Animadvertat, ſi nobis eſſet expediens ac ſecurum, cauſam noſtram talem, & tantam, arbitrio talis judicis committere terminandam. . .

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 4957.

Digitized by Google

XIV.

EDUARDUS ANGLIAE REX RECOGNOSCIT SE DEBERE *BALDUINO* ARCHIEP. TREV. AUREORUM QUINQUAGINTA MILLIA &c.

Edwardus Dei gratia Angliae Rex &c. recognoſcimus, & tenore praeſentium conſtare volumus univerſis. Cum Nos Reverendo in Chriſto Patri Domino *Balduino*, Archiepiſcopo Trevirenſi, pro aſſiſtentia, auxilio & ſervitiis per ipſum Archiepiſcopum, ſacro Romano Imperio, & Nobis, contra *Philippum*, pro Francorum Rege ſe gerentem, faciendis & impendendis, certas pecuniarum ſummas ſolvere teneamur; de quibus quidem pecuniarum ſummis dicto Archiepiſcopo, vel cauſam ab ipſo habenti ſeu habentibus ſolvere debebimus quinquaginta millia florenorum aureorum de *florentia* legalium & bonorum in feſto Nativitatis beati *Johannis Baptiſtae* proxime futuro, quemadmodum in litteris noſtris deſuper conſcriptis, & ipſi Archiepiſcopo per Nos traditis plenius continetur; quod Nos pro hujusmodi quinquaginta millibus florenorum praedicto Archiepiſcopo, ſi ipſum Nobiſcum cum armatis, juxta praedicta, in expeditione contra dictum *Philippum* ire contigerit, in dicto feſto Nativitatis Beati *Johannis Baptiſtae*, ut praemittitur, perſolvendis, coronam noſtram, & Regni noſtri, haereditariam, & magis praetioſam praefato Archiepiſcopo, & cauſam ab ipſo habenti, vel habentibus, titulo pignoris rite & legitime obligavimus, & tradidimus;

mus, ac tenore praeſentium obligamus; promittentes pro Nobis & noſtris haeredibus, ac in noſtro Regno ſucceſſoribus univerſis, quod praetactam coronam per ſolutionem, & numerationem dictorum quinquaginta millium florenorum erga dictum Archiepiſcopum, vel cauſam ab ipſo habentem, ſeu habentes, liberabimus, & redimemus infra tunc & feſtum aſſumptionis beatae *Mariae* virginis proxime affuturum. Quod ſi non fecerimus, ex tunc memoratus Archiepiſcopus, vel cauſam ab ipſo habens, ſeu habentes, plenam poteſtatem habere debebunt dictam coronam in ſimul totam vel per partes diviſim, prout ipſis placuerit, uſque ad ſummam praedictam praetactorum quinquaginta millium florenorum, nec non dampnorum & intereſſe, ſi quod, vel ſi quae eos ex mora ſolutionis eiusdem pecuniae ſuſtinere contigerit, alii vel aliis ulterius obligandi; ita tamen quod ipſa corona infra annum continuum a tempore obligationis ſic factae computandum per translationem dominii minime diſtrahatur, quin eandem coronam infra hujusmodi annum, per ſolutionem & numerationem dictorum quinquaginta millium florenorum, ac de dampnis & intereſſe, quae memoratum Archiepiſcopum, vel cauſam ab ipſo habentem, vel habentes, ex retardata ſolutione eiusdem pecuniae ſuſtinere contigerit, ſatisfactionem, recuperare & redimere valeamus. Verum, ſi praelibata corona per dictum annum per Nos, vel noſtros haeredes, ſeu in Regno noſtro ſucceſſores, modo praemiſſo, liberata non fuerit vel redempta, ex tunc antedictus

dictus Archiepiſcopus, vel cauſam ab ipſo habens, vel habentes, vel ille, ſeu illi, cui vel quibus hujusmodi corona ulterius obligata fuerit, eandem coronam inſimul totam, vel per partes diviſim, ut & ſupra de obligatione praemittitur, diſtrahere poterunt, & per translationem dominii penitus abalienare, prout ipſis viſum fuerit expedire. Et ſi praenominato Archiepiſcopo, vel cauſam ab ipſo habenti, ſeu habentibus, de praetaxatis quinquaginta millibus florenorum, ac dampnis & intereſſe, quae ipſos ex mora ſolutionis eiusdem pecuniae ſuſtinere contigerit, per obligationem vel alienationem dictae coronae plene non fuerit ſatisfactum, tunc quicquid ipſis de hujusmodi ſumma, ac dampnis & intereſſe defuerit, id Nos & noſtri haeredes ipſis ſolvere & de eo ſatisfacere debebimus. Et ut magis caveatur eidem Archiepiſcopo, & cauſam ab ipſo habenti, vel habentibus, ſuper praemiſſis omnibus & ſingulis plene obſervandis & implendis fidejuſſores Nos in ſolidum conſtituimus, ac Nos per fidejuſſores in ſolidum rite & legitime obligavimus, ac tenore praeſentium obligamus, promittentes per fidem noſtram corporaliter deſuper praeſtitam, vice & nomine juramenti, praemiſſa omnia & ſingula in quantum Nos tanquam fidejuſſores & debitores reſpiciunt vel reſpicere poterunt & poſſunt, & prout de nobis conſcripta ſunt, rata & firma, inviolabiliter obſervare ac integre adimplere, quodque Nos, & quilibet noſtrum nunquam ad Regnum Angliae venire vel transfretare debebimus, niſi de omnibus & ſingulis praemiſſis

pre-

praefato Domino Trevirenſi, & cauſam ab ipſo habenti vel habentibus plene fuerit ſatisfactum, & eligentes nihilominus quod ſaepe dictus Archiepiſcopus Trevirenſis & cauſam ab ipſo habens vel habentes, bona & res noſtras, ac ſubditorum noſtrorum quaſcunque per ſe, vel alios, ſine cujuſcumque alterius requiſitione, licentia vel auctoritate, invadere, occupare, detinere, & ſe de eis intromittere, ac ipſas res & bona alienare poſſunt, donec eidem Archiepiſcopo, & cauſam ab ipſo habenti, vel habentibus, de omnibus & ſingulis praemiſſis plene fuerit ſatisfactum, dolo & fraude in praemiſſis, & quolibet eorum penitus procul motis.

In quorum omnium & ſingulorum evidentiam atque robur ſigillum noſtrum Regium, una cum ſigillo praefati Domini Archiepiſcopi praeſentibus litteris ſunt appenſa.

Ex Cod. MS. in Archiv. Eccles. colleg. S. *Andreae* Worm.

Confer. *Honthemius hiſt. Trevir. Dipl. Tom. II. pag. 141.*

XV.

Digitized by Google

XV.

COMITES NASSOVIJ *BALDUINUM* ARCHIEP. TREVIR. OMNESQUE SUBDITOS TREVIRENSES A THELONEO &c. IMMUNES PRONUNTIANT ET EXEMPTOS.

Wir *Gerlach*, greve zu *Naſſowe*, *Adolf*, und *Joban*, ſine ſone, dun kunt allen Luden, daz umb manghande vorderniſſe und gunſt die uns der Erwirdige in Gode Vadir und Herre, unſer Her *Baldewin*, Ertzbiſchoff zu *Triere*, dick gedain hait, und ouch umb ſein Erwirdicheit, in ſyne nachkomen und dem ſtift von *Triern*, noch keine ire Lude oder underdan, geiſtlich oder werentlich, wir noch keiner unſer Erben, nymmer gezollen ſolln, noch enwillen, noch keinen zoll oder gelayde von jne nemen. Und ſol n unſern vorgenanten Herren, und ſine nachkomen und den ſtifft von *Irieren*, eren, und yn dinen, und ſy, und mit namen ire geiſtliche Gerichte und ire boden, vordern wo wir mogen, und nit hindern, noch lazzen hindern in keinerhand wys; und wir enſullen ouch ire Godeshus, ire Kirchen, noch ire pafheyt in keiner handewys nit drengen, noch ſy beſweren wider recht, und ſullen ſy bi irem rechte und vriheyde lazzen.

Alle dieſe vorgenante Stucke und ir ichlich beſundern, han wir vor uns, und alle unſſere Erbin, in guden truwen an aides ſtat globen, und globin ſy ouch an dieſem brive ſtede und veſte zu haldene, und nit da wider zu dune noch lazzen geſcheen in keynerhande wyſſe, uſſgeſcheiden

den allerley argeliſt an allen diſen ſtucken, und an jrin ichlichen. Und des zu einer ewigen ſtedicheit han wir unſere Inſigele an dieſem brif gehangen, und han gebeden und bidden an diſem brif die Edlen lude Herrn *Johan*, Greven von *Naſſaw*, Hern *Godfrieden*, Greven von *Ditze*, und Hern *Gerlachen*, Hern von *Limpurg*, unſe mage, dat ſye ire ingeſigele, zu den unſern ouch an diſen brif wollen hencken zu eym orkunde aller diſer ſtucke &c.

Dat. Anno Dom. M. CCC. XL. des fridags vor ſant *Urbans* dage.

19. Maji.

XVI.

TESTAMENTUM *JOANNIS* I. BOHEMIAE REGIS AC LUXEMBURGENSIS COMITIS.

In nomine Domini amen. Sub anno ejusdem M. CCC. XL. Indictione VII. menſis ſeptembris die IX. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri dom. *Benedicti*, Dei gratia, Papae XII. anno VI.

Nos *Joannes*, Dei gratia, Bohemiae Rex, ac Lucemburgenſis comes, univerſis praeſentes litteras inſpecturis volumus eſſe notum, quod conſiderantes nihil eſſe certius morte, nihilque incertius hora mortis, Divinae etiam Inſpirationis intuitu, ob remedium & ſalutem animae noſtrae inteſtati decedere nolentes: Sed quid de bonis no-

ſtris poſt noſtrum deceſſum fieri velimus per praeſens Teſtamentum ſub forma publici Inſtrumenti declaramus, & ordinamus in hunc modum.

I. Primo videlicet: Sepulturam Corporis noſtri eligimus in monaſterio monialium de *Claro-Fonte*, Ord. Ciſter. Trevirenſis Dioeceſis prope *Arlunum*, ad quod monaſterium Corpus noſtrum, ubicumque mori Nos contingeret, ordinamus & volumus apportari, & ibidem ſepeliri. ad dictum quoque monaſterium de *Claro-Fonte* relinquimus, & ob ſalutem animae noſtrae legamus L. libras parvorum Turonenſium, annui redditus, pro anniverſario noſtro annis ſingulis ibidem celebrando, & pro miſſis in redemptionem peccatorum noſtrorum in dicto monaſterio legendis & cantandis. Quos quidem redditus ſtatim poſt deceſſum noſtrum per Executores noſtros infra ſcriptos in Comitatu Lucemburgenſi, prope dictum monaſterium, quanto vicinius poterunt, praecipimus aſſignari.

II. Volumus etiam & ordinamus: Quod omnia male ablata, ſi quae per Nos commiſſa reperiantur, de bonis noſtris ante omnia per Executores noſtros infra ſcriptos reſtituantur, ſic, quod ſi ab illa parte Reni verſus Boemiam, vel in Italia ablata fuerint, de noſtris proventibus in Boemia & in Polonia reſtituantur; ſi autem ab iſta parte Reni verſus *Lucemburgk*, vel infra, ablata fuerint, de bonis noſtris comitatus Lucemburgenſis & Franciae reſtituantur.

III. Volumus etiam, & ordinamus: ut Familiaribus noſtris domeſticis, quibus per nos nondum

dum fuerit ſatisfactum, per dictos noſtros Executores unicuique ſecundum ſua ſervitia ſatisfiat; ſi de Regno Franciae, vel civitate Lucemburgenſi, vel de iſta parte Reni, de bonis comitatus Lucemburgenſis & Regni Franciae perſolvantur; ſi vero de Boemia, vel de partibus ultra Renum, de bonis Boemiae perſolvantur, conſcientias dictorum noſtrorum Executorum totaliter onerantes.

IV. Volumus etiam, & ordinamus: Quod omnia debita noſtra in Regno Franciae, & in comitatu Lucemburgenſi, ab iſta parte Reni contracta de bonis noſtris Regni Franciae & comitatus Lucemburgenſis, per Executores noſtros ibidem perſolvantur; ſic tamen: quod de obventionibus & proventibus argentifodinarum & monetarum per totum Regnum noſtrum Boemiae, in ſubſidium ad ſatis faciendum noſtris creditoribus in Regno Franciae, in comitatu Lucemburgenſi, & ab iſta parte Reni, LX millia ſexagena groſſorum Pragenſium deriventur, videlicet, in decem annis, ſcilicet quolibet anno, VI. millia ſexagenae; per ſeptimanas quoque ſingulas anni illud quod contingit perſolvi volumus & mandamus per Executores Regni Boemiae, Executoribus Regni Franciae & comitatus Lucemburgenſis, per ipſos quoque Executores Regni Franciae & comitatus Lucemburgenſis, dicta pecunia ſic derivata inter noſtros creditores diſtribui volumus & mandamus. Sane tamen volumus: Quod mercatoribus equorum, converſationem habentibus *Poriſiis* & in *Campania*, ac *Simoni* de *Inſula*, civi Pariſienſi,

ac aliis perſonis de *Pariſiis*, prae caeteris creditoribus noſtris ſatisfiat.

V. Volumus etiam & ordinamus: ut ab Executoribus Regni Boemiae de proventibus Regni Boemiae Dominis *Georgio*, & *Conrado*, Fratribus, Comitibus Irſutis: dom. *Walramo* comiti de *Sponheim*; dom. *Guillelmo* Com. de *Catzenelnbogen*; Iuveni comiti de *Veldenz* debitum quo Eisdem tenemur, & quod ſe extendit ad ſex millia Flor. vel circiter, occaſione ſervitiorum, & damnorum perpeſſorum in noſtris ſervitiis, Anno praeterito, in Francia contra Regem Angliae, perſolvantur.

VI. Volumus etiam, & ordinamus: ut omnes, & ſinguli proventus Argentifodinarum per omnes Terras noſtras in ſolutionem debitorum noſtrorum convertantur, exceptis aſſignationibus & deputationibus per nos domino *Rudolfo*, duci Saxoniae; *Petro* de *Roſenberg*, & *Bertholdo* de *Lipa*, factis, quas omnes in ſuo ſtatu volumus permanere quouſque dictis dominis integrabiliter de debitis in litteris dictarum aſſignationum contentis, fuerit plene ſatisfactum.

VII. Volumus etiam & mandamus: ut ante aſſignationem praedictam, vel ceſſante aſſignatione perſolutioneque facta Comitibus & Dominis, ut praedicitur quicquid de obventionibus, fructibus, & proventibus noſtrorum montanorum, & noſtrarum monetarum univerſaliter derivari poterit, quod hoc totum per noſtros Executores Regni Boemiae infraſcriptos, abſque omni impedimento *Karoli*, noſtri primogeniti, in

ſatis-

Digitized by Google

ſatisfactionem noſtrorum debitorum in Boemia, & ab illa parte Reni convertantur.

VIII. Volumus etiam & ordinamus: ut omnes redditus & proventus, quos habemus ſuper Teloneo & caſtris in *Bacherach* ſupra Reno, comitatui noſtro Lucemburgenſi annectantur, & ipſos auctoritate praeſentium annectimus.

IX. In omnibus autem noſtris bonis mobilibus & immobilibus quibuscumque, Haeredes & ſucceſſores noſtros ordinamus creamus & facimus Illuſtrem *Karolum* primogenitum, & *Joannem* ſecundo genitum, & *Wenceslaum* Tertio genitum noſtros, dictum videlicet *Karolum* in Regno Boemiae & caeteris Poloniae, & Budicenſis & Gorlizenſis diſtrictibus; Et illuſtrem *Joannem* in marchionatu Moraviae, & *Wenceslaum* in toto comitatu Lucemburgenſi, ac in Terris & bonis quas & quae habemus in Regno Franciae.

X. Ad omnia & ſingula praemiſſa complenda & fine bono confirmanda Executores noſtros legitimos eligimus & conſtituimus & creamus, videlicet: in Regno Boemiae devotos noſtros dilectos, dom. *Joannem* Epiſcopum olomucenſem; Abbatem Gzedelicenſem; Abbatem de aula Regia. Dominum *Rudolfum* ducem Saxoniae, ſororium noſtrum, *Petrum* de *Roſenberg*; *Joannem* de *Klingenberg*; & *Wankonem* de *Wartenberg*; & *Nyort*, notarium noſtrum de *Lucenburg*, Canonicum Pragenſem. In comitatu vero Lucemburgenſi & Regno Franciae, Dominum *Balduinum*, Archiepiſcopum Trevirenſem, patruum noſtrum; Abbatem de *Orrevaux*; & Abbatem Lucemburgen-

ſem; *Arnoldum* de *Arluno*, & *Mathaeum* de *Fera*, Capellanum noſtrum. Dantes & concedentes eisdem Executoribus noſtris plenam & liberam poteſtatem atque ſpeciale mandatum praedicta omnia & ſingula complendi & operandi ſicut veri & legitimi Executores facere debent & poſſunt. Quod ſi omnes praedicti dictae Executioni non poſſent intereſſe, quod quatuor in Regno Boemiae, & quatuor in comitatu Lucemburgenſi & Regno Franciae, eandem habeant poteſtatem ac ſi omnes perſonaliter intereſſent. Et ſi in caſu quo aliquis ex quatuor Executoribus in Regno Boemiae qui de Executione ſe jntromiſerit, moreretur, alii Executores Regni Boemiae alium loco ſui eligere habeant, & ſi in Electione concordare non poſſent, ubi major pars declinabit hoc vigorem habeat & firmamentum, & ſimili modo de Executoribus comitatus Lucemburgenſis & Regni Franciae volumus obſervari.

XI. Volumus etiam & mandamus: Quod in caſu quo Nos decedere contingeret, Filio noſtro *Wenceslao* in matura aetate nondum conſtituto, quod ex tunc nobiles & communitates comitatus Lucemburgenſis debeant eligere unum, aut duos, aut plures probos viros fideles & vaſallos noſtros, qui comitatum Lucemburgenſem, & Terras Regni Franciae regant & gubernent loco ſui, quouſque ad aetatem legitimam pervenerit maturam, qui etiam Electi ſorori noſtrae Reginae dotem ſuam aſſignare debeant, ſicut in litteris noſtris ſuper hoc confectis plenius continetur.

Haec

Haec autem eſt ultima noſtra voluntas, quam valere volumus jure Teſtamenti, & ſi non valeat jure Teſtamenti, valeat ſaltem jure codicillorum, vel alterius cujuscumque ultimae voluntatis per quam melius de jure valere poteſt. Et ut praedicta omnia robur obtineant firmitatis ea per noſtrum notarium infra ſcriptum in formam publicam redigi fecimus & noſtri ſigilli munimine roborari.

Datum & actum in Tentorio noſtro apud *Pontem* de *Bovinis*, Tornacenſis dioeceſis. Praeſentibus nobilibus viris, dominis: *Joanne* de *Rodemacra*; *Ferrico* de *Offaliſia*; *Ludovico*, *Jacobo* & *Arnoldo*, Fratribus de *Alimonia*; *Thoma* de *Septem-Fontibus*; *Thoma* de *Novavilla*; *Hermanno de Brandeburg*; *Walthero* de *clara-valle*; *Theone* de *Hockerenge*; & *Friderico* de *Dun*, Militibus comitatus noſtri Lucemburgenſis ac *Sbincone Lepore*, & *Thoma* de *Vatzerode*, milite & clerico, noſtris, Regni noſtri Boemiae, Nec non dominis: *Hur* de *Boſco*; *Joanne* de *Tugniaco*; & *Baldone Gereyne*, militibus noſtris; ac *Joanne* de *Remys* Capellano, & *Hur Halle* clerico, noſtris Teſtibus ad praemiſſa ſpecialiter vocatis & rogatis.

Ego *Joannes Rufini*, clericus Piſtorienſis publicus apoſtolica & Imperiali auctoritate, ac dicti *Joannis* Regis Boemiae Notarius, ordinationi, legationi, & diſpoſitioni, & aliis omnibus & ſingulis ſupradictis per dominum, dom. Regem ordinatis, legatis, & factis, una cum praenominatis Teſtibus, Anno, Indictione, & Pontificatu, & Loco praedictis, praeſens interfui, ipſaque ad

mandatum dicti domini mei Regis Boemiae in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo conſueto ſignavi in teſtimonium Eorundem.

Ex Archivo Luxemb.

XVII.

PROCURATORIUM NUNTIJS *BALDUINI* ARCHIEP. TREVIR. CONCESSUM, CAUSAS QUASCUNQUE CORAM PRAESIDENTIBUS PACI GENERALI PER LOTHARINGIAM PROPONENDI &c.

Baldwinus Dei gratia, Archiepiſcopus Trevirenſis &c.

Notum facimus quod Nos in omnibus & ſingulis cauſis querimoniis & actionibus, quas quibuscumque perſonis cujuſcumque ſtatus vel conditionis fuerint, movere intendimus qualitercumque, coram praeſidentibus paci generali per Lotharingiam ordinatae, ſeu quae Nobis moventur coram ipſis, honorabiles viros *Boemundum* Archidiaconum dictae Eccleſiae noſtrae Trevirenſis, Magiſtrum *Rodolfum*, officialem curiae noſtrae Trevirenſis, & *Ludovicum* Cellerarium palatii Trevirenſis noſtros ordinavimus fecimus & conſtituimus, ac tenore praeſentium ordinamus facimus & creamus noſtros veros & legitimos procuratores & Nuntios ſpeciales, dantes ipſis, vel duobus vel uni ex eis poteſtatem & mandatum praedictas noſtras cauſas & querimonias Nobis contra qualcumque ſingulariter vel generaliter in genere

vel

vel in ſpecie competentes coram praefatis paci generali per Lotharingiam praeſidentibus quocunque jure vel conſuetudine id fieri debeat vel poſſit melius noſtro nomine movendi, proponendi, ac Nos e converſo defendendi, Teſtes & jnſtrumenta, & alias probationes, ſi opus fuerit, producendi, ſententiam vel ſententias audiendi; auxilium & juvamen ipſorum praeſidentium invocandi, nec non praetactam pacem uſque ad certa loca prorogari petendi, & nihilominus ad prorogationem noſtro nomine conſentiendi, ac omnia alia & ſingula faaiendi quae circa praemiſſa vel aliquod ipſorum neceſſaria vel oportuna fuerint, etiamſi mandatum exigant ſpeciale, ratum & gratum habituri quicquid noſtri dicti procuratores & Nuntii egerint vel procuraverint in praemiſſis & ea contingentibus.

In quorum omnium evidentiam & robur ſigillum curiae noſtrae Trevirenſis praedictae cum ad praeſens ſigilla noſtra alia apud Nos non habemus praeſentibus eſt appenſum.

Datum *Treveris* die XV. menſis Junii ipſo die beati *Silveſtri* Anno Domini MCCCXLV.

Ex Cod. MS. in Archivio Eccles. S. *Andreae* Worm.

Digitized by Google

XVIII.

BALDUINUS ARCHIEP. TREVIR. DOMINIA ET JURA PRO L. MILLIBUS MARCARUM ARGENTI CONQUIRIT, CONCESSA *KAROLO* ROM. ET BOHEMIAE REGI EJUSQUE HAEREDIBUS FACULTATE, EADEM REEMENDI.

Balduinus Dei gratia Archiepiſcopus Trevirenſis &c. Notum facimus univerſis, quod licet de voluntate libera Excellentiſſimi Principis & domini noſtri dom. *Karoli* Rom. & Bohemiae Regis pro nobis & noſtra Eccleſia Trevirenſi Comitatum de *Rupe* cum advocatia monaſteriorum ſtabulenſis & Malmundarienſis, & oppidis Marchiae, & Boſtoniae, & dominatus ſeu dominia in *durbus* & in *Ruland* a manibus extraneorum tanquam Haeres proximior pro IX millibus marcarum argenti boni & puri, ſexaginta quatuor latis groſſis pragenſibus pro marca qualibet computandis, reemimus & recuperavimus, pro quibus & aliis variis pecuniarum ſummis quae uſque L. millium marcarum argenti praedictarum aſcendunt, pro praedicto domino noſtro a nobis & praedicta Eccleſia noſtra Trevirenſi expoſitis in parato, idem dominus noſter comitatum Lutzelburg, & Marchionatum de Arluno, jure tamen dotis ſive donationis propter nuptias Inclitae *Beatricis*, felicis recordationis *Johannis* olim Bohemiae Regis, genitoris ſui relicte, quam ſuper dicto Marchionatu, & rebus ad ipſum ſpectantibus obtinet ad vitae ſuae tempora dum-

dumtaxat exceptis & ſibi ſemper ſalvis, bona praedicta cum omnibus bonis, oppidis, caſtris, Fortalitiis, Territoriis, munitionibus, villis, redditibus, proventibns, utilitatibus, obventionibus, diſtrictis, bonis, juribus, dominiis, jurisdictionibus altis & baſſis, vaſallis, fidelibus, caſtrenſibus, oppidanis & aliis hominibus nobilibus & ignobilibus, cum huldis & homagiis, & attinentiis & pertinentiis eorundem, & aliis univerſis quae ab antea ad praemiſſa vel eorum aliquod ſeu ad ipſum dominum noſtrum pertinuerunt aut jam pertinent & ultra haec omnia caſtra, Fortalitia, dura bona, valles & villas cum ſuis attinentiis quae citra Renum ab illa parte, ubi oppidum *Boppardum* ſitum exiſtit, habet ac habebit, nobis & Eccleſiae noſtrae Trevirenſi, praepoſituras Lutzelburgenſem & Arlunenſem abſque villis *Remiche* & *Machern*, quas juſto venditionis Titulo Nos & Eccleſia noſtra Trevirenſis a dicto domino noſtro Rege obtinemus, exceptis, quas praepoſituras dicto Domino noſtro uſque ad noſtrae voluntatis beneplacitum dimiſimus, Gubernatione tamen earundem nobis, ut prius, reſervata, ſupportavit, vendidit, & in nos plenarie tranſtulit. Ita videlicet quod nos, dicta noſtra Eccleſia, pro dictis pecuniarum ſummis nobis perſolvendis praetactos Comitatum, Marchionatum, & dominia, munitiones, caſtra, jurisdictiones, & omnia praedicta in toto vel in parte communiter vel diviſim, prout nobis magis placuerit, quibuscumque perſonis Eccleſiaſticis vel ſecularibus cujuscumque ſtatus vel praeeminentiae fuerint, obligare,

im-

impignorare, vendere, vel alias in perpetuum vel ad tempus diſtrahere & alienare libere valeamus, prout haec & alia in litteris memorati domini noſtri Regis deſuper confectis, latius & plenius continentur.

Nos vero, eidem domino noſtro, ob ſanguinis proximitatem, ac ſuis haeredibus ſpecialiter in praemiſſis proſpicere cupientes, ipſis promiſimus & promittimus in his, ut ipſi dictos comitatum, marchionatum, advocatiam, dominatus ſeu dominia, & omnia oppida & bona praetacta, pro L. millibus marcarum argenti praedictis, nobis & Eccleſiae noſtrae Trevirenſi ſimul & ſemel perſolvendis, a nobis & noſtra Trevirenſi Eccleſia reemere & ad ſe libere, quandocumque eis placuerit, recuperare, & tandem omnia praemiſſa ſicut ipſorum veri domini poſſidere, tenere & juxta propriae voluntatis arbitrium de ipſis diſponere libere poſſint & valeant ſicut prius & prout ipſis viſum fuerit expedire. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum praeſentibus eſt appenſum.

Datum *Coloniae* Anno dom. M. CCC. XL. VIII. die XVII. menſis Februarii.

Ex Cod. MS. in Archiv. Eccles. Colleg S. *Andreae* Worm.

XIX.

Digitized by Google

XIX.

SIGISMUNDI HUNGARIAE REGIS DIPLOMA, PER QUOD *JOANNI* DUCI GORLIZENSI, FRATRI SUO, MARCHIAM BRANDEBURGENSEM IN PROPRIUM CEDIT.

Sigismundus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Serviae &c. Rex, ac Marchio Brandeburgenſis, Sacri Rom. Imperii Archi Camerarius, nec non Boemiae, & Lucemburgi Haeres.

Univerſorum notitiam tam praeſentium quam futurorum harum ſerie volumus pervenire, quod Nos ſincerae caritatis fervido zelo & fraterni amoris indiſſolubili nodo quibus jlluſtri Principi Domino *Johanni*, Duci Gorlizenſi, fratri noſtro uterino, inſigniter uniti & annexi fore perhibemur, ex intimo niſu & deliberato animo favorabiliter inducti, ipſi Domino *Johanni*, Fratri noſtro percharo, annuimus, & praeſentium vigore effective concedimus, ut idem Dominus Dux *Johannes* Marchiam Brandeburgenſem trans oderam, olim per excellentiſſimum Principem Dominum *Karolum* Romanorum Imperatorem, beate recordationis patrem noſtrum, ſibi duntaxat legatam, & per ipſum hucuſque poſſeſſam, totaliter aut particulariter vendendi, obligandi, nec non alienandi, & cum ea, ac in eadem, juxta ſuae voluntatis libitum diſponendi, meram & omnimodam plenae poteſtatis habeat facultatem, praeſentium patrocinio litterarum.

Digitized by Google

In cujus rei memoriam, evidenſque teſtimonium eidem conceſſimus litteras noſtras privilegiales ſigilli noſtri ſimplicis munimine roboratas.

Datum per manum Reverendiſſ. in Chriſto Patris & Dom. Domini *Johannis* Archiepiſcopi Eccleſiae ſtrigonienſis locique ejusdem comitis perpetui, & aulae noſtrae, & Reginalis Majeſtatis eximii Cancellarii, dilecti noſtri, & fidelis. Anno Domini MCCCC XCII. Idibus menſis Novembris Regni noſtri anno V.

Ex Cod. MS. Biblioth. Mogunt.

13. Nov.

XX.

RUPERTUS JUNIOR COMES PALATINUS RHENI FIT *RICHARDI* REGIS ANGLIAE HOMAGIALIS ERGA MILLE MARCAS ANNUAS.

Richardus Dei gratia Rex Angliae & Franciae & Dominus Hyberniae omnibus ad quos praeſentes litterae pervenerint, ſalutem.

Sciatis, quod cum *Rupertus* junior comes Palatinus Rheni & Bavariae Dux Conſanguineus noſter Kariſſimus fiat, effici velit & efficiatur homagialis noſter & nobis ut homo homagialis obligetur quamdiu vitam duxerit in humanis, promiſitque bona fide, quamdiu vixerit, nobis ſervare fidelitatem, noſtrum bonum, quantum poterit procurando & de noſtro malo, quod ei deinde

con-

conſtiterit, aviſando & inſuper adjuravit ſe nobis fideliter aſtare & eſſe adjutorem contra & adverſus injuriatores noſtros, quotiens per Nos ſuper hoc fuerit legitime requiſitus &c. Conceſſimus ei mille marcas de moneta Anglicana percipiendas ſingulis annis ad terminos paſchae & S. *Michaelis* per aequales portiones ad totam vitam ipſius & ulterius de uberiore gratia noſtra conceſſimus, quod ſi *Rupertus* ſenior comes Palatinus Rheni ſac. Imperii Elector &c. genitor ipſius *Ruperti* junioris ante ipſum juniorem ſubtractus fuerit ab hac luce, ſtatim poſt deceſſum praefati ſenioris, dicta penſione mille marcarum penitus ceſſante, idem Dux junior mille libras de moneta Anglicana percipiat & habeat ſingulis annis ad terminos praedictos & aequales portiones ad totam vitam ipſius &c. In cujus rei teſtimonium has litteras noſtras fieri fecimus patentes, Teſte me ipſo, apud *Weſtmonaſterium* XXV. die Aprilis anno regni noſtri XXI.

Ex Cod. MS. Bibl. Palat. in Vatican. num. 701.

XXI.

HENRICUS II. GALLIAE REX DECLARAT SE CUM *CAROLO* V. IMP. NON CUM GERMANIA BELLUM HABERE.

Henricus Dei gratia Francorum Rex, univerſis ſacri Romani Imperii Ordinibus foederatis ſociis & amicis optimis, ſalutem &c.

Quan-

Quanquam existimo, Principes amicissimi, toties spectatam vobis esse mei erga vos animi promtitudinem, ut bene merendi consuetudinem in naturam converterim, benevolentiamque nostram mutuam nullo litterarum aut hominum testimonio amplius egere putem: urget tamen improborum hominum iniquitas, miserrimique hujus temporis conditio, ut subinde repetito scribendi officio, inimicorum calumniis respondeam: nam dum consilia mea & actiones, quibus maxime commodant damnum afferi, falso accusor, innocentiam meam contra invidiam tueri & protegere cogor.

Has itaque superioribus meis litteras, ex novae rei oblata occasione, adjungere institui non quod ego vos obtrectatoribus fidem adhibere suspicer aut existimationem meam ulla apud vos purgatione indigere judicem; verum ne omnino mutus appaream, aut novam illam *Caroli* Caesaris criminationem, qui cum accusationes priores parum processisse ex eventu cognoverit, Illustrissimi Electoris Trevirensis nomine abutitur ad calumniam, in quo ne silentium meum fortasse vitio verti possit, quod tacendo, parum candidis, aut rerum ignaris, aliquam maledicendi, aut secus quam par est, cogitandi causam relinquere viderer, non nihil afferre proposui. Longe plura etiam dicturus, nisi ex his quae ad Caesarem rescripsistis commentum illud suum tam prudenter, tamque aperte ac dilucite rejectum intellexissem, ut vix alius ad respondendum locus mihi relictus sit: nam cum omnium rerum, quae ab incepto

hoc

hoc cum Caesare bello gestae sunt, tam recens sit memoria, ut singula ante oculos nostros velut depicta versari existimem, non video, quo tandem colore persuasum vobis esse Caesar intendit me exercitum & arma parare, quibus agrum Trevirensem, perturbato Domino ac possessore, per summam injuriam occupare, mox in citeriores Rheni civitates ac ditiones proruens, omnia ferro pervia facere aggrediar, ut ita Imperii damnis atque imminutione crescam, cujus dignitatis ac Majestatis me vindicem, majores etiam meos authores habetis. Sane potuisset ille hoc commento rudioribus fortasse imponere, si id temporis rumoribus iis sparsis, quos nunc inverecunde dissipat, sibi aliquam fidei opinionem quaesivisset, cum superioribus annis exercitum instructissimum in finibus ditionis Trevirensis habebam, nam si tum per injuriam agere & vim inferre collibuisset, non Treviros modo, verum quam plurimas ad *Rhenum* civitates, vestro imperio demere, populationibusque & incendiis foedare licuisset. At cum armati apud inermes, ab inferenda omni injuria exercitum continuerimus, consilia nostra omnia vobis nuda & aperta fecerimus, testatum diis & hominibus relinquimus, nos eam, pro asserenda libertate Germanica, avertendaque ea, quae cervicibus vestris imminebat, pernicie, expeditionem aggressos, quae tam rationibus vestris consentiebat, quam rebus Caesaris incommodabat: nam cum ille vim armorum nostrorum veritus, Germaniam deseruerit, quis facile crediderit, nos illuc iterum arma convertere, ut ferrum

rum in eos ſtringamus, quos teximus, & quos ex Tyranni faucibus eripuimus, mutato conſilio, per ſummum dedecus in vos ſaevire cupiamus.

Atqui, Principes amiciſſimi, unus eſt *Carolus*, quem poſtulamus, unus in quem arma dirigimus, quem cum in Germaniae leges ex libidine imperare non tulerimus, ne alioquin collectis ſpiritibus idem in animum inducat, idem repetat in latibulis illis, in quibus nunc apud Belgas delitescit, perveſtigamus, in pugnam provocamus, ibi, aut injuriam ſolvere, aut mori decretum eſt.

Interea vos conſervatos propemodum gloriamur, ſalvos maxime eſſe cupimus, & pro ea veteri ſanguinis conjunctione, qua nobis nihil charius, & pro perpetua amicitiae ratione, qua nihil jocondius, proque ea ſaepius datae & acceptae fidei ſinceritate, qua nihil ſanctius, nihil Rege dignius, nihil poſteritatis memoria venerabilius. Nam ſi nec in ſuperos pietatem coleremus, nec hominum ſocietates & foedera moraremur, quae tandem utilitas ad nos rediret, ſi divina & humana jura miſcentes, Germanos, Gentem cognatam & amiciſſimam violaremus, ſi Imperium Romanum, quo nihil apud nos auguſtius, diſcinderemus, ut ſcilicet hoſti avidiſſimo in praedam cederet, atqui florentiſſimum illud minime labefactatum eſſe, e re noſtra potius fuerit, tum, ut traditam a majoribus meis dignitatem commodius tueamini, quod glorioſum eſt, tum ut viribus integris illius conatibus facilius obviam eatis? cujus ambi-

ambitioni tota Europa vix ſufficit, quique omnia, dominationis cauſa, honeſta aeſtimat. Verum enim vero, ne ſcytha ullus aut quivis Barbarus, etiamſi occaſio invitet, contempto, quem praecipuum habet, hoſte, amicos laeſerit, quanto minus in Principem Chriſtianum, & amicum, tantum facinus poſſet cadere, judicandum eſt.

Quae cum, amici optimi, nobis perſpicua ſunt, non eſt opus de voluntate mea plura adducere &c.

Ex Caſtris Manteſium die XXVII. menſis Iunii, & Anno Regni noſtri octavo.

Ex Cod. MS. Bibl. Vatican. num. 6216.

Digitized by Google

DIPLOMATARIUM MONASTERIJ *EUSSERSTHAL* a) IN PAGO SPIRENSI b).

a) In diplomatibus audit: *Uſſerſtalle*, *Uſſerthal*, *Euſſerstthal*, *Uterinavallis*. ab *Oliverio Legipont* in Monaſtico Mogunt. pag. 41. inepte dicitur: *Ultrina Vallis*. Situm eſt in extrema quadam Voſagi valle. Diſtat ab oppido *Anvilla* & Caſtro *Trifels* illi ſuper impoſito circiter mille paſſus. *Stephanus* miles de *Merlheim* prima monaſterii huius fundamenta jecit an. 1148. illudque Ordini Fratrum Ciſtercienſium tradidit. *)

*) An. 1110. iſt das Cloſter *Euſſerthal* angefangen zu bauen, vermöge einer alten taffeln, ſo in der Kirchen iſt gehangen. Teſtis *joachim Schuck* von *Baylweiller*, ſo ſolche taffel ſelbſt geſehen. 1579. H. G. (*Heinrich Ganſs* hüner-fauth zu *Germersheim*) den 21. Dec. hieher geſchrieben. ita in libro copiali, e quo diplomata, quae infra ſequuntur.

b) Conferantur noſtra *Subſidia Diplom. Tom. X. pag. 305. ſq.*

SE-

SERIES ABBATUM MONASTERIJ UTERINAE VALLIS

DIOEC. SPIRENSIS

e diplomatibus collecta.

Occurrunt Anno 1150—1176.

Ortolibus Abbas in litteris ſuper duobus manſis in *Swebechenheim.*

1179—1182.

Albertus. in litteris *Conradi* ſpirenſis Epiſcopi ſuper capella in *Merlheim.*

1184—

Becelinus in litteris compoſitionis cum eccleſia in *Wadegoz* ſuper ſilva *Howald.*

1191—

Wicmannus. in litteris ſuper quibusdam bonis emptis erga Canonicos de Omnibus ſanctis Spirenſes.

1213—1222.

Martinus. in Litteris ſuper abſolutione cenſus in *Mettersheim.*

1225—1252.

Henricus. In litteris donationis bonorum in *Schiverſtat.*

1253—1256.

Ludolfus. In litteris ſuper una ama & dimidia puri vini in *Ettenkoben.*

1258—1269.

Stephanus. In litteris ſuper duabus libris hallenſium de bonis in *Abenheim.*

1274—

Anſelmus. In litteris *joannis* de *Scharpheneck* militis.

1274—1275.

Joannes. In litteris collationis bonorum in *Bintersheim* Domine *Gute* de *Wilenſtein* facte.

1277—1289.

Arnoldus. In litteris ſuper III. libris hallenſium de Curia Spirenſi ſita juxta portam Rheni.

1290—1296.

Gerlacus. In litteris emptionis villarum *Greulenbuſen*, *Mellenbach* & *Rotenbach.*

1299—1319.

Henricus. In litteris, quod curia noſtra *Spire* ſit libera omnimode & exemta.

1306—1319.

Cunradus. In litteris ſuper mutatione agrorum in *Weſtheim* ad pytanciam.

1321—1335.

Henricus. In litteris ſuper VIII. unciis de domo Auguſtinianorum in *Spira.*

1336—1338.

Joannes. In litteris ſuper XVI. in *Spira*, & ſuper duobus jugeribus in viculo apud ſanctum *Germanum.*

1339—1346.

Ludovicus. In litteris ſuper litigio inter nos & Herdenſes & Villanos in *Photz.*

1360—1361.

Wernherus. In litteris ſuper decem maldris ſiliginis.

1366—1390.

Henricus. In litteris ſuper XVI. ſolidis de domo ultra lutum leporum in civitate ſpirenſi prope fontem verſus *Clupphelauwe.*

1394—

Joannes Zaberer. In litteris ſuper compoſitione facta inter nos & ruſticos ſuper *Heingercide.*

1439—

Nicolaus. In litteris oppignorationum.

1463—1476.

Joannes. In litteris ſuper jure patronatus in *Kanskirchen* &c.

1482—

Joannes Fiſcher. In dem brieff von des cloſters gerechtigkeit zu *Mettenbach*, *Rodenbach* und *Grevenbuſen.*

1506—

Henricus. In ultimis Electoris *Philippi* tabulis.

1541—

Wigandus. Verkauff-Verſchreibung den dritheil Zehenden der pfarr *Merlheim.*

1557—

Martinus. Crollius de *Anvilla pag.* 21.

Anno MDLX. monaſterii bona ad Palatinatum devenere.

Digitized by Google

XXII.

LITTERE DONACIONIS DOMINI *RABODONIS* SPIRENSIS EPISCOPI ET DOMINORUM FRATRUM SUORUM VIDELICET *HARTMANNI* COMITIS *LOBEDENBURC* ET *ORDONIS* COMITIS DE *ALREHEIM* SUPER FUNDO ET PREDIIS ECCLESIE *UTERINE VALLIS*. QUORUM ANIME REQUIESCANT IN PACE.

Rabodo *) Dei gracia ſpirenſis Eccleſie Antiſtes *Ortolibo* Abbati *Uterine Vallis* ejuſque fratribus & eorum ſucceſſoribus in perpetuum. Facile a memoria ſuccedentium labitur quidquid ſcripto non roboratur. Unde viſum eſt nobis rogante prefato Abbate litteris tradere qualiter Ego & duo Germani mei *Hartmannus* comes *Lobedenburc* (a) & *Ordo* comes de *Alreheim* fundum *Uterine Vallis* tradidimus Xpo Domino noſtro ipſiuſque Genitrici beate Virgini *Marie*. pro redimendis peccatis noſtris parentumque noſtrorum apud *Erbipolim* in pre-

*) *Rabodo* ad h. a. 1150. in ſerie Epiſcoporum Spirenſium non occurrit, ſed *Guntherus* qui ob. 1156. die XVII. Septembris. vid. *nova ſubſid. Dipl. T. I. p.* 141. *ſq.* hinc chronologicus error apparet.

(a) Eadem verba de *Rabodone* ejusque fratribus Germanis *Hartmanno* & *Ordone* protulit *Schoepflinus Alſat. illuſtr. T. II. p.* 185. ſed ex ſupra allatis & infra dicentis apparebit, errorem adeſſe in anno MCL, vel in annis a *Rabodone* aditi aut finiti regiminis.

Digitized by Google

preſencia *Cuŋradi* Regis *) quatenus monaſtice vigor diſcipline a fidelibus qui vitam religioſam ducerent inibi teneretur quique Divinis laudibus quamdiu Orbita mundi volvitur diebus ac noctibus indeſinenter inſiſtant. Ipſum vero fundum a progenitoribus noſtris jure nobis deditum libera ac poteſtativa manu abſque omni contradictione tradidimus ne quis advocaciam ſeu aliam poteſtatem in eo preter Abbatem ſibi vendicare preſumat. Ambitus vero eiusdem fundi eſt arcta via que ducit in Vallem per aſcenſum rivuli qui vocatur *Baltineshach* tendens ſurſum per aſcenſum montis qui dicitur *Baltinesberc* uſque ad cacumen ejusdem montis inde tranſiens ultra vallem *Liuboldesdal* uſque ad verticem montis tendens ad *Cacenſtein* ac ſic per devexum montis in *ranſtal*, per aſcenſum vero ejusdem vallis in latere montis frineſcheit ſurſum progrediens ac per deſcenſum *Clingendenburne* uſque in vallem ultra ripam per aſcenſum *Sicendal* tendens in *Almenrberc* & tritam viam progrediens in eadem via uſque *Spethe Scheit* per deſcenſum *Hageſtaldesdal* uſque in vallem deſſendens. Iſtis terminis prefatus fundus tenetur incluſus certis indiciis deſignatus. Silve quoque adjacentis eidem fundo que vulgari lingua Almeinde (b) nominatur quam ruſtici frequentant, que

 juris

*) *Conradus* nondum accepta imperiali benedictione vitam finivit *Babenbergae* XV. Kal. Mart. 1152.

(b) Fundus Communitati ad uſus communes proprius. Gemeine wieſen, triften, Wälder. Almänden, almeinden, almenden ſubinde ſed erronee gemeine alimenten.

juris noſtri ſicut & illorum eſſe dinoſcitur communione ad omnem utilitatem fratribus tradidimus paſturam animalium tam equorum quam armentorum omnium & porcorum. Hec tradicio facta eſt Anno Dominice jncarnacionis M°. C°. L°. Indiccione tercia decima coram hiis teſtibus *Gebehardo* (c) Erbipolenſi Epiſcopo. *Erberhardo* Babenbergenſis Eccleſie Epiſcopo. *Friderico* Duce *poſtea Imperatore.* (d) *Landolfo* viro ingenuo de *Gudenburc* cujus fidei creditus eſt ipſe fundus ut vice noſtra deferret ſuper altare beate *Marie* in ipſa valle. Jura eciam civilia eidem fundo competencia a progenitoribus noſtris tradita huic carte dignum duximus inſerenda. ne forte ſuccedente tempore excidant a memoria ſi quando propter extraneos ſeu vaſtatores communis ſilva cujus ſuperius fecimus mencionem cuſtodienda eſt a forinſecis ruſticis duo cuſtodes ab Abbate ac ruſticis qui ſunt in valle tercius addendus eſt. ſi quid vadimonii retentum fuerit. tercia pars Abbati & ruſticis qui ſunt in valle dabitur. due partes debentur

(c) *Gebehardi* anteceſſor *Sifridus* ob. 1151. male igitur in Chronico Epiſcoporum Wirceburgenſi annus 1153 *Sifridi* emortualis legitur. Brevis notitia Monaſterii. B. *M.* V. Ebracenſis p. 24. *Gebehardus Sifrido* ſucceſſit an. 1151.

(d) Mortuo *Conrado*, ad ipſius commendationem prudenti conſilio factam III. nonas Martii an. 1152. *Francofurti* electus fuit jmperator *Fridericus.* Hinc duo verba: *poſtea Imperatore* documento huic ante biennium confecto a ſcriptore poſterioris aevi intercalata fuiſſe liquet.

Digitized by Google

tur ruſticis qui forinſecus morantur. Perſequens aliquis adverſarium ſuum uſque ad terminum prefati fundi, audacter ingredi non licet. ſi equo inſidens precipiti curſu fundum intraverit juramento ſe excuſabit. Calumpniam quis inferens in eodem fundo proximo ſuo Abbatis judicio preſentabitur & ſi reus eſt. quinque ſolidis adjudicabitur. Hec ſunt judicia a majoribus noſtris antiquitus inſtituta que ut rata teneantur & illibata ſerventur. ſigilli noſtri impreſſione munire curavimus. Nec omittendum cenſuimus quod ruſtici de *Goderamſtein* & eorum complices maligno ſpiritu inſtigati violenciam magnam fratribus in predicta valle commorantibus intulerunt minis & terroribus inſequentes ſubſtanciam eorum partim diripientes partim incendio vaſtantes - quatenus a participacione communis ſilve que Almende nominatur eos cohiberent atque ſecernerent ne utilitate debita libere uterentur nec emolumenti quidquam inde conſequerentur. Tandem ruſtici ſe erraſſe cognoſcentes divinoque nutu reſipiſcentes reconciliati ſunt ablatam ſilve porcionem fratribus reſtituentes. pacem & concordiam firmantes ne deinceps rixa oriatur inter eos promittentes. Hujus convencionis mediatores fuerunt & teſtes ſunt. *C.* vir ingenius de *Riet. C. Kintverlius. C. Clawa* Advocatus. *Bert.* & *C. Marquardus* & *Hugo* de *Gotrameſtein Hortlibus* & *Eberhardus* de *Albretheswilre. Dragebodo* de *Steinbach. Drutwinus* & *C.* de *Spebtesbach.* propter cautelam fratrum memoriamque ſuccedentium ea que carta hac continentur ſollicite fecimus inquiri & ne quis cunctetnr ſigilli noſtri

ſtri impreſſione ut prefati ſumus cuncta precepimus inſigniri. Data per manum *Burkardi* Notarii epiſcopi apud *Spiream* civitatem. V°. Kal. junij. 28. Maji.

Littera ſuper Capellam in *Uzerſtal* & ſuper decimam ibidem & commutacionem ipſius Cappelle de an. MCLXIIII. extat in *Subſid. Diplom. T. X. p. 348.*

XXIII.

LITTERE SUPER CENSU DANDO DE TRIBUS MANSIS IN *MARRENHEIM.*

C. Dei gracia Prepoſitus Eccleſie ſancti *Germani* in civitate *Spira* licet indignus Univerſis ad quos littere iſte pervenerint ſalutem in Domino. Volumus innoteſcere certumque fieri cunctis ſuper hac re quemcunque tractatum habentibus, quod fratres de *Uzerſtal* & fratres de *Mulenbrunnen* (1) tres manſos ſive hubas in *Marrenheim* (2) a me ſimiliter & a fratribus prefate eccleſie ſancti *Germani* perpetuo poſſidendos hac condicione ſuſceperunt, ut ipſi nobis vel noſtris ſucceſſoribus octo uncias ſpirenſis monete ſingulis annis inde perſolvant in Nativitate ſancte *Marie* perpetue virginis. Hec autem facta ſunt mediante venerabili Epiſcopo ſpirenſis Eccleſie Domino *Gunthero*, per me *Cunradum* Prepoſitum & per Decanum ejusdem Eccleſie *Bertoldum*, reliquis quoque fratribus unanimiter conſenſum adhibentibus, *Godebol-*

deboldo videlicet, *Burckardo*, *Regenoldo*, *Ludewico*, *Sigefrido*, *Cuonrado*, *Anshelmo*, *Friderico*. *Anshelmo*, & hij quidem ſoli in prefata Eccleſia tunc Canonici habebantur. ſi quis igitur hec auſu temerario violare preſumat, excommunicacioni ſubjaceat, donec peniteat & emendet. Fiat, fiat, Amen. Acta ſunt hec Anno Incarnacionis Domini M°. C°. LVIIII°. feliciter Amen.

(1) *Mulbrunnum* monaſterium ordinis ciſterc. magnificum & praepotens pene medio itinere *Phorzenheimium* inter & *Brettam* ſitum a proximo fonte ſic nominatum eſt fundatum XVIII. Calend. Aprilis 1138. *Bruſchius. Subs. Dipl. T. X. p. 330.*

(2) Confer. *Subſ. Dipl. T. X. p. 304.* Ubi Archidiaconatus Spirenſes & in his villae, pagi, oppida, monaſteria hujus dioeceſis longo ordine a pag. 283—357. occurrunt; quod indigitaſſe ſufficiat ad evitandas crebriores allegationes.

XXIV.

LITTERE SUPER BONIS IN *HERBOLTESBERGE.*

Cunctis in Xpo fidelibus *Gregorius* (a) Hornbacenſis Eccleſie humilis Miniſter in Domino ſalutem. Preſentibus atque futuris notum eſſe cupimus, quod bone memorie *Ortlibus* Abbas fratrum in *Uterina Valle* Xpo famulancium unanimi conſilio eorundem fratrum Nos conveniens locum dicioni noſtre ſubjectum Eccleſie ſue hereditа-

ditario jure donari peciit aptum ad manendum animalium paſcuis exuberantem, de qua peticione habito cum familia, cui Deo autore deſervio, conſilio, dedimus predicto Abbati ejuſque ſucceſſoribus quatuor manſus in *Herboldesberge* conſenſu conventus noſtri, ut ſingulis annis in feſto ſancti *Pirminij* liberum perſolvant cenſum tres uncias & dimidiam monete Hornbacenſis. Succidere ſilvam ad edificandas domos, greges ovium circumquaque uti paſcuis concedimus, de labore manuum, de nutrimentis animalium decimas non dabunt, nec alicui perſone preter memoratum cenſum ab eis quidquam exigere licebit. Hec autem ut rata & illibata ſerventur, ſigilli Domini *Udalrici* ſpirenſis Eccleſie Electi noſtroque confirmamus. Anno Dominice Incarnacionis M°. C°. LX°. III°. regnante *Friderico* Romanorum Imperatore. Acta ſunt hec coram hijs teſtibus: *Godefrido* Decano, *Godefrido* Prepoſito. *Ottone* Prepoſito. *Heinrico*. *Swicgero* Monachis & Miniſterialibus. *Swicgero* Centurione. *Richardo*. *Hemedico*. *Dietleibo* de *Ramesberc*. *Sigewardo* de *Goderameſtein*. *Sewrido* de *Willegartewiſen*. *Werinberto* de *Rintdale*. aliiſque quam pluribus.

(a) Monaſterium S. *Pirminii* in *Hornbach* ordinis S. *Benedicti* Metenſis Dioeceſis in pago *Bliſengau*.

XXV.

XXV.

LITTERE DOMINI *FIDERICI* IMP. SUPER CAPPELLAM IN *MERLHEIM* ET OMNIA BONA DOMINI *STEPHANI* ET DOMINE *GEPE* FUNDATORUM NOSTRORUM.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Fridericus* divina favente clemencia Imperator Romanorum Auguſtus. Imperialis Majeſtatis celſitudinem decet eccleſiarum Dei ſtatum ea diſcrecionis diſpenſare prudencia. ut fideles in eis Deo militantes in tranquillitate divinis vacare poſſint ſerviciis & temporalibus pro redempcione animarum ſibi collatis non deſtituantur beneficiis. Inde quod notum facimus Univerſis imperii noſtri fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam homo liber *Stephanus* nomine pro remedio anime ſue parentorumque *) ſuorum concedente & ultro volente uxore ſua nomine *Gepa* muliere religioſa. liberis quoque conſencientibus contulit & donavit omnia bona ſua eccleſie in *Uzerſtal* cujus ipſe fundator extitit (a) Cappellam unam videlicet in *Merlheim* & quidquid ibi hereditario jure poſſedit ſive in agris ſive in pratis ſive in paſcuis & in ſilvis ac molendinis atque in areis nec non & in domibus & in ceteris omnibus tam cultis quam eciam incultis. Hec autem tradicio facta eſt & collata prefate eccleſie conſentientibus & collaudantibus cognatis & amicis utriuſque conſanguinitatis. Ut autem firma conſiſtat & inconvulſa per-

*) Sic in litteris.

Digitized by Google

perpetuo permaneat hec devocionis eorum tradicio preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus coroborari & atteſtacione ſigni Imperialis perhenni memorie commendari. Hujus autem rei teſtes ſunt *Ortliebus* Abbas ejusdem Eccleſie. *Tietherus* Abbas de *Mulenbrunne*. *Rucherus* Abbas de *Wilre*. *Bertolfus* de *Scharphenberc*. *Cunradus* & *Eberhardus* de *Riete*. *Woldericus Weiſo*, *Tiemarus* de *Leimersheim*. *Berengarius Colbo*. *Ecelo*. *Bertoldus* de *Merlheim* & ceteri multi tam clerici quam laici. Datum *Wormacie* Anno Dominice Incarnacionis M°. C°. LXVIII. Indiccione prima ſexto Kalendas Decembris feliciter Amen.

26. Nov.

(a) Iſte *Stephanus* primus fundator, ſecundus vero & ex parte dimidia dicendus eſt *johannes* Archiep. Trevirenſis, ut infra ad an. 1198 & 1202. notabitur.

XXVI.

LITTERE DOMINI *SYMONIS* COMITIS DE *SARA PONTE* SUPER ABDICACIONE CAPELLE IN *MERLHEIM*.

Symon *) nutu divino Comes de *Sarbruchen Ortliebo* Abbati *Uterine Vallis* & ejus fratribus eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Quorundam

*) Iſte *Symon* cum aliis comitibus Sarae pontanis pluries occurrit in *Hiſtor. Trevir. Diplom. Hontheimii T. I.*

Digitized by Google

dam pravorum hominum illectus persuasione tam in substancia domus vestre quam alias inferendo molestias propter Capellam in predio vestro apud *Merlheim* dicioni mee volens eam subicere adversatus sum vos. Tandem divina inspiracione & fidelium ammonicione a cepta injuria resipiscens consenciente uxore mea *Mathilde* ac liberis nostris *Friderico*, *Symone*, *Heinrico* prefatam Capellam abdicantes absque ulla contradiccione Ecclesie vestre relinquimus. Et ne ulterius pro hoc negocio inter nos & vos aliqua oriatur calumpnia, sigilli nostri impressione munire vobisque tradere curavimus. Hujus rei testes sunt *Gobertus* de *Wernis-wilre* Abbas. *Thomas* prior. *Hugo* Cellerarius, *Volmarus* conversus. *Ludmus* Medicus, *Fridericus* Capellanus, *Otto* Comes de *Huneburch*. *Bruno* de *Brucke*. *Folmarus* de *Furbach*. *H.* dictus *Fleminch*. *Wicherus* de *Zveinbruchken*. *Hugo*. *Bert. Schazzelo*. *Gerlacus de Luteren*.

XXVII.

LITTERE SUPER SILVIS PASCUIS ET AQUIS UTENDIS IN *WANDESHEIM*.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. *Cunradus* Dei gracia spirensis Ecclesie Antistes Dilectis filiis suis *Ortlibo* Abbati *Uterine Vallis* eiusque fratribus & eorum successoribus in perpetuum. Quieti vestre inposterum providentes utque Ecclesia vestra pacis adminiculo sit semper

munita. Scedule preſenti imprimi fecimus. qualiter inter Nos & *Wezlonem* de *Bergen* & vos fuerit compoſitum pro quieta fratrum veſtrorum reſidencia in Grangia veſtra *Wandesheim*. Igitur propter bonum pacis & quietis ut dictum eſt nunc & inpoſterum & diverſas fratrum veſtrorum in eadem Grangia commorantium neceſſitates conſilio etiam habito cum multis honeſtis & prudentibus viris qui affuerunt & pro vobis ſuam ad Nos peticionem porrexerunt de conſenſu predicti *Wezelonis* de *Berge* indulſimus & ſtatuimus fratribus veſtris ut aquis apud predictam curiam *Wandesheim* perpetuo uterentur & paſcuis ad omne genus animalium & lignis ſilvarum ad omnem neceſſitatem vicelicet ad comburendum quod vulgo dicitur ibi copulza (1) & ad edificandum tamen non ſine licencia cuſtodis ſilve ſecabunt. Sed ab ipſo prius licenciam petent & ille non ſolum eis illam non negabit. verum eciam ligna & locum ad ſecandum aptum amicabiliter demonſtrabit. Magiſter vero curie ſingulis annis in ſignum & memoriam hujus indulgencie & inſtitucionis talentum ſpirenſis monete in die ſancti *Martini* illi qui de ſilva ſe intromittit preſentabit. Et quia nobis conqueſti fuiſtis. quod ligna que vulgo dicuntur copulza eis non ſufficerent. indulſi & contuli vobis a fonte nomine *Walebrunne* per medium augie uſque in eam Horſt (2) que vocatur Luſchorſt & in

(1) Kipp- oder Kapp- holz, welches zum bauen untauglich iſt.

(2) Ein mit ober- und unter- holz bewachſener hain auf dem felde.

Digitized by Google

in eadem Horſt ſurſum per totum circuitum uſque in medium aque que dicitur Hornegieze (3) & per medium Hornegieze deorſum uſque ad illum locum ubi *Zaberna* aqua fluit in Hornegieze & per eandem aquam videlicet *Zabernam* retro ſurſum uſque ad aquam que vocatur *Althebach* & per medium ejus videlicet *Althebach* uſque ad prefatam Luſehorſt & apud eandem Luſehorſt hinc usque ad illum locum ubi vallum pertranſit uſque ſupra novale & uſque ad eminentem locum qui vulgariter vocatur Rein & ab eodem vallo circa eminentem Rein uſque ad *Wallebrunne*. Vallum iſtud quondam fuit ibi factum ut ſciretur quod diſtinctionem ibi faceret. Nam vallum iſtud & *Althebach* deſignant quod pertinet ad veterem Campum & decimabunt ſolius annone decimam ubi vetus campus decimat & apud eminentem locum Rein ſubter & deorſum uſque ad fontem qui vocatur *Wallebrunne*. Et hoc ſciendum eſt, quod circulis ille qui girat per totum ambitum illum pertinet ad ſilvam biwalt. Quoniam autem feni decimam nullus uſque ad hec noſtra tempora ibi exegit, nullus dedit, nullus ſimiliter exiget. nulli dabunt. propter quod rogo. nemo ſit mihi moleſtus. Hoc totum contuli vobis ego C. ſpirenſis Epiſcopus poſſidendum hereditario jure in perpetuum ſub hac condicione ut memoriam noſtri & parentum noſtrorum ſemper penes vos per hoc

 habe-

(3) Gieſſe, ein bach, welcher ſein waſſer nicht aus quellen, ſondern aus zuſammen gelauffenen regen und ſchnee-gewäſſer erhält.

habeatis & annuatim in die Sancti *Martini* tercia hora diei in principali curia apud *Superiorem Sueinheim* ſolidum ſpirenſis monete perſolvatis. Ut hec inconvulſa ſerventur ſigilli noſtri impreſſione munire curavimus. Teſtes autem ſunt C. *) Wormacienſis Epiſcopus. *Siegefridus* Prepoſitus Spirenſis Majoris Eccleſie. *Jo.* Canonicus Sancte *Marie* de *Rucgingen*. *H.* Decanus Sancti *Widonis* & Magiſter *Burkardus*. *Rudegerus* Canonicus de Sancta Trinitate. Laici. *Dimarus* de *Leimersheim*. *Gerhardus* de *Bruſella*. *Th.* Camerarius C. *Schellebelz*. C. Dapifer & filius ejus. & *Erchenbertus* frater ejus. *Adelbertus* de *Canle* & *Erbo* filius ejus. *H.* de *Didensheim* filius ſororis *Adelberti* de *Canle*. *Warmundus* de *Didensheim*. *H.* de *Otenheim* & alii quam plures. Actum Anno ab Incarnacione Domini M°C°. LXX°VI°. Indiccione nona.

*) *Conradus* II. de *Sternberg*.

XXVIII.

LITTERE SUPER DUOBUS MANSIS IN *SWEBECHENHEIM* DE QUIBUS DAMUS II. DENARIOS NOMINE CENSUS.

Stephanus Dei gracia Clingenſis (a) Abbas *Ortolibo* Abbati *Uterine Vallis* & eorum fratribus eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Propter cautelam fratrum in *Uterina Valle* commorancium noticiamque preſencium ac futurorum ſcripto

(a) Confer. *Subs. Dipl. T. X. p. 294. ſq.*

to tradere & carte huic inſerere curavimus, qualiter predicto Abbati eiusque ſucceſſoribus in preſencia fratrum noſtrorum manſum unum apud *Swebechenheim* (b) hereditario jure poſſidendum tradidimus, ut ſingulis annis in feſto ſancti *Michahelis* duo denarii exinde perſolvantur. Ne quis igitur perverſus predictos fratres de hac tradicione inquietare preſumat, ſub Xpi adteſtacione & Sancti *Michahelis* ſigilli noſtri impreſſione munire curavimus. Huius rei teſtes ſunt. *Cuonradus* vir ingenuus de *Rieth* & *Eberhardus* frater ejus. *Diemarus* de *Lumersheim*. *Udalricus* frater *Heinrici* Marſcalci, *Cuonradus* de *Annewilre*. *Billungus* de *Huchelheim*. *H.* filius *H.* Marſchalci. Anno Dominice jncarnacionis M°. C°. LXX°. VI. indiccione nona. Acta ſunt hec. Item alium manſum in villa ſupradicta eisdem fratribus tradidimus, quatenus in feſto predicto itidem duo denarii perſolvantur.

(b) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 300.*

XXIX.

LITTERE DONACIONIS PATRIMONIJ *FOLMARI* CLERICI.

C. *) Dei gracia Spirenſis Eccleſie Antiſtes *O.* dilecto filio ſuo Abbati *Uterine Vallis* eiuſque fratribus & eorum ſucceſſoribus in perpetuum. Propter cautelam preſenti cedule inprimi fecimus, qualiter *Folmarus* Clericus patrimonium

 ſuum

*) *Conradus* II.

ſuum apud *Swebechenheim* (a) in preſencia predeceſſoris noſtri *Godefridi*, conſenſu Advocati ſui eccleſie veſtre tradidit. Ne quis itaque conſanguineorum vel amicorum eius violenciam vobis audeat inferre poſt mortem ipſius, idem *Folmarus* rem geſtam in preſencia noſtri replicavit. hoc addiciens ut omnis ſubſtancia ſua poſt obitum ejus ſit in poteſtate Abbatis, nec quiſquam conſanguineorum ipſius in hac parte ſibi vendicet. Aſtipulacio vero hujus condicionis fuit ſextarius vini & teſtes *Albertus* Cuſtos Majoris Eccleſie, *Albertus Calvus*, Magiſter *Burkardus* de ſancto *Widone*, *Rudegerus* Cuſtos de omnibus ſanctis, *Tuoto* Advocatus, *Hugo* balbuciens, *Burkardus Smalzelin*, *Hegene*, *Birhtelo Calvus*, Noſque ſigilli noſtri inpreſſione, ut jura ſerventur, hec munire curavimus.

(a) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 300.*

XXX.

LITTERE *FRIDERICI* IMPERATORIS SUPER VILLAM *SPETHESBACH.*

Fridericus Dei gracia Romanorum Imperator Aeguſtus. Ea que coram Majeſtate noſtra racionabiliter acta ſunt, ſcriptis annotari & ſigilli noſtri atteſtacione corroborari inſtituimus. Ut tractu temporum oblivioni poſterorum nequaquam tradantur & exinde occaſiones malignancium Imperiali teſtimonio penitus excepte ſopiantur.

tur. Noverint itaque omnes Romani Imperii fideles, quod partem bonorum illorum que *Wezelo* de *Berga* in manus *Ulrici* *) Electi Spirenſis reſignavit. Villam videlicet *Spethesbach* idem Electus ob ſalutem anime ſue Clauſtro & fratribus in *Uzerſtal* libere conceſſit & contradidit. hoc tamen pacto. quod idem fratres ſingulis annis in Nativitate beate virginis XII. denarios inde perſolverent ipſi Electo vel ſucceſſoribus ipſius. Ut autem omnia que prenotata ſunt rata & incommutabilia perpetualiter maneant. preſentem paginam inde ſcribi & ſigillo noſtro juſſimus corroborari. Hujus rei teſtes ſunt. *C.* Wormacienſis Electus. *Andreas* Scolaſticus Majoris Eccleſie in *Spira* *johannes* Prepoſitus ſancti *Germani*. *Ditherus* Prepoſitus ſancti *Widonis*. *C.* de *Quirenbach*. *Blicgerus* de *ſteina*. *Wernherus* de *Bonlant*. *Druſardus* & alii quam plures. Datum *Spire* pridie Kalendas Novembris Anno Domini M°. C°, LXX° VIII°. Indiccione XII. 31. Oct.

*) Ex nobilibus de *Rechberg*.

XXXI.

LITTERE DOMINI EPISCOPI SPIRENSIS SUPER CAPPELLAM IN *MERLHEIM*.

G. *) Dei gracia ſancte Spirenſis Eccleſie Miniſter indignus dilectis in Xpo filiis & fratribus: *A.* (1) Venerabili Abbati de *Uzerſtal* ſuis-

*) *Godefridus*.
(1) *Alberto*.

ſuiſque ſucceſſoribus ad fores tabernaculi celeſtis ſub Xpi tyrocinio jugiter ibidem excubantibus in perpetuum. Sub hujus labentis vite brevitate rerum humanarum natura ſepe numero variatur & dum mundus a ſe ipſo cottidianis defectibus dilabitur. minus durabile eſſe cognoſcitur. quidquid ſub eius inteſtabili mutabilitate peragitur. Unde profectibus hominum inconſulte proſpicitur, ſi hoc quod in augmentandis vel promovendis ſeu utiliter in aliquo amminiculandis rebus Eccleſiaſticis prudenciori conſilio diſponitur. ne ulla poſſit temporum interpolacione aliquatenus obliterari, ſcriptis apicibus diligencius annotetur. Ea propter dilectiſſimi fratres, quoniam ſummi paſtoris verbo & exemplo ammonemur pauperum Xpi ſollicite curam gerere eorumque ſaluti propenſiori ſtudio invigilare veſtre in futurum quieti pacique paſtorali ſollicitudine providentes, Cappellam in *Merlheim* *) quam *Stephanus* vir nobilis & Deo devotus ſibi a progenitoribus ſuis jure hereditario libere derelictam cum ſua contectuali *Gepa* pro remedio anime ſue & pro deſiderio regni celeſtis eccleſie veſtre que dicitur *Uzerſtal* Xpiana & religioſa devocione fideliter delegando contradidit auctoritate Dei omnipotentis & noſtri ſollempni juris Officio. vobis veſtriſque ſucceſſoribus ibidem Deo fideliter famulantibus ex hoc & in omne reliquum tempus confirmamus & ut inconvulſe & inrefragabiliter eam omni tempore quieta, pace poſſi-

*) Sub Archidiaconatu Prepoſiturae Majoris ſpirenſis in Decanatu Herxheimenſi.

poſſideatis. hujus noſtre pagine atteſtacione & ſigilli noſtri impreſſione corroborare & communire curavimus. Verum & hoc quoque huic noſtro conſcripto non indignum duximus annectendum & tam preſentibus quam futuris omnibus manifeſte declarandum. quod idem *Stephanus* contra quorundam hominum calumnioſas infeſtaciones. qui antedictam cappellam non ad tuendam juſticie veritatem ſed magis ad ſectandam temporalis alicujus emolumenti cupiditatem pravis machinacionibus & circumvencionibus ſalſis reclamare & irracionabiliter impetere temptabant. cum ſeptima manu (2) venerabilium presbiterorum. coram pie memorie *Cuonrado* predeceſſore noſtro tactis ſacro ſanctis reliquijs, ſub juramenti aſtriccione canonice & ſinodali judicio retinuit. Hujus rei teſtes ſunt *Cuonradus* Epiſcopus Wormacienſis. *H.* Major Prepoſitus Spirenſis. *Dietherus* Major Prepoſitus Wormacienſis. *Arnoldus* Decanus. *johannes* Prepoſitus ſancti *Germani*. *C.* Prepoſitus S. Trinitatis. *Andreas* Scolaſticus. *Buccho* portenarius. *Hermannus* comes & alij quam plures. ſi qua igitur Eccleſiaſtica ſecularisve perſona ſciens hanc noſtre confirmacionis paginam ullo temeritatis

 auſu

(2) Apud *du fresne* ſub vocabulo: *jurare* quam plurima citantur loca de juramento ſua manu, propria manu, unica manu, cum duobus aliis id audientibus & cum eo jurantibus, tertia manu &c. ſeptima manu. *Lex Bajwar tit. 3. §. 2.* Tunc cum ſex Sacramentalibus juret & ipſe ſit Septimus in altari coram populo & presbytero. *Joannis Rer. Mog. T 2. p. 838.* Item ſolebant jurare centeſima manu & manu trecenteſima.

auſu vel ullo moleſtie impulſu eam infringere temptaverit. niſi prius reſipuerit & ſatis fecerit a Corpore & ſanguine Xpi ſit aliena & a regno Dei & conſorcio omnium ſanctorum perpetuo ſeparata. Conſervantibus autem & cuſtodientibus ſit pax & gracia a Deo patre noſtro & Domino Jheſu Xpo Amen. Acta ſunt hec. Anno ab Incarnacione Domini M°. C°. LXX° IX. Papante *Alexandro* III. & regnante atque Imperante *Friderico* Romanorum Imperatore & ſemper Auguſto. feliciter. Indictione XII.

Littere Domini *Cunradi* Wormacienſis Epiſcopi ſuper Cappellam in *Merlheim.*

C. Dei gracia Wormacienſis Eccleſie qualiſcunque electus Prepoſito totique Capitulo Spirenſi ſalutem & omne bonum. Meminiſſe decet prudenciam veſtram-qualiter *Stephanus* de *Merlheim* in ſynodo apud Nos celebrata teſtimonio ſeptem probatorum virorum preſtitis Sacramentis. Cappellam in predio ſuo fundatam legittime optinuit. Cujus rei vos teſtes eſſe debetis, quia in preſencia veſtra factum eſt. & nos quoque eidem veritati teſtimonium perhibemus.

XXXII.

Digitized by Google

XXXII.

LITTERE DONACIONIS BONORUM IN *LOBIO* EX PARTE *LUDEWICI* COMITIS DE *SARWERDE*.

Ludewicus Comes de *Sarwerde* *Alberto* Abbati *Uterinevallis* ejuſque fratribus & eorum ſucceſſoribus in perpetuum. Quoniam in hac mortalitate ſecus humane vite decurſus converſamur, retribucionem operum in futuro ſperantes a juſto judice Xpo ſive bonorum in regno ſeu malorum in ſupplicio dedi, pro redimentis peccatis meis parentumque meorum, prefatoque Abbati ejusque ſucceſſoribus allodium meum in confinio *Voſai*, *) quod vocatur *Loiben*, tribus rivulis, ſcilicet, *Hermannesbach*, *Moſalben* & *Burgalben* ac monte qui vocatur Haneberc incluſum, Terram eciam cultam ſive eciam incultam quatuor predictis terminis incluſam & quidquid ibi habui, tradidi per manum *Waltheri* de *Bruche* viri ingenui V. jdus Aprilis die ſcilicet eadem, quo fratris mei *Ludewici* dilectiſſimi oſſa terre ſunt in cenobio de *Werneswilre* (a) tumulata, hanc noſtre

*) *Voſaus*, *Voſagus*, *Vogeſus*, germanice *Wasgau*. Mons hic in Lingonibus oritur, ad *Beforti* urbis uſque regiones excurrit, Burgundiae comitatum a Lotharingia dividit, eandemque Lotharingiam ab Alſatia ſeparans Treviros & ſilvam Arduennam verſus deſcendit.

(a) Monaſterium *Werſweiler* Fratrum ordin. ciſter. in monte praeceſſo Praefecturae Bipontinae, quod libera-

ſtre largicionis elemoſinam ratam eſſe in perpetuum decerno & tam preſentes quam futuros noſſe volens cartam hanc conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione munivi, ne quis perverſus predictos fratres de hac noſtra donacione amplius inquietare preſumat, unde & hos teſtes, qui noſtre tradicioni interfuerunt, ſubſcribere curavi. Abbas *Rucker* Vilerienſis. Abbas *Balduinus* Werneswilrenſis. Abbas Hornbacenſis C. Comes *Gerlacus* de *Veldenzen.* Comitis de *Sarbrucken* tres filii videlicet *Albertus* Prepoſitus, *Fridericus* & *Heinricus. Hugo* de *Hagene*, & filius ejus *Theodericus. Brunicho Waltherus* de *Bruchen. Gotfridus* de *Wolmeringen. Symon* de *Sarbrucken*, *Godefridus* de *Ruldingen. johannes* filius *Boemundi. Hermannus* de *Kaſtele. Reinherus* & frater ejus *Waltherus* de *Honberc. Heinricus* de *Maingi* omnes ingenui viri. Acta ſunt hec Anno ab Incarnacione Domini M°. C°. LXX°. IX°.

liberalitate praeprimis Comitis Sarwerdenſis ſurrexit ac dein Kirkelenſium & Hohenburgenſium Dominorum aliorumque donationibus egregie auctum eſt.

XXXIII.

LITTERE SUPER ALLODIO IN *LOBIO* EX PARTE COMITUM DE *SARWERDE.*

Ludewicus Comes junior de *Sarwerde Ortlibo* Abbati *Uterinevallis* ejusque fratribus & eorum ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſoribus in perpetuum. Quohiam in hac mortalitate ſecus humane vite decurſus converſamur retribucionem operum in futuro ſperantes a juſto judice Xpo, ſive bonorum in regno ſeu malorum in ſupplicio dedi pro redimendis peccatis meis parentumque meorum predicto Abbati ejusque ſucceſſoribus predium meum in confinio Voſagi quod vocatur *Loyben*, tribus rivulis ſcilicet *Hermannesbach*, *Moſalben* & *Burgalben* ac monte qui nominatur *Henneberc* incluſum, terram cultam ſive incultam quatuor predictis terminis incluſam dedi memorato Abbati in preſencia *Friderici* Imperatoris Auguſti apud *Wizenburg* annuente *Landolfo* de *Wilenſtein* ipſumque predium mihi reſignante. Hujus rei teſtes ſunt ingenui viri *Udelricus* de *Gudenberg*. *Rudegerus* ſilve Advocatus. *Udelricus Weiſo*. *Hermannus Weiſo*. Miniſteriales. *Berengerus* de *Nicaſtel*. *Burkardus* de *Keſtenburc*. *Drusbardus* frater ejus *H.* Marſchalcus. Igitur predicto *Ludewico* comite cum Imperatore *Friderico* Longobardiam expedicione Imperiali profecto ac letali vulnere, antequam elemoſinam traditam ſigillo confirmaſſet, defuncto, fratrem ipſius *Ludewicum* comitem ſuperſtitem adivimus obrixe rogantes, quatenus largicionem, quam frater ejus fecerat jam, ipſe eciam ſuo aſſenſu ac proprii ſigilli impreſſione confirmaret. qui morte affectuque fraterno compunctus eodem die quo oſſa relata fratris terre ſunt tumulata, juſſit ſubſcripta hoc modo carte imponi. Ego *Ludewicus* predicti *Ludewici* Germanus comes de *Sarwerde* amore fraterno ductus predium noſtrum,

quod

quod vocatur *Loyben* quatuor predictis terminis incluſum, quod frater meus *Ludewicus* pro anime ſue ac patris matriſque & omnium conſanguineorum noſtrorum ſalute ſancte Dei genitrici *Marie* in *Uzerſtal* fratribuſque ibi ſervituris tradidit, ſimili modo per manum *Waltberi* de *Brucken* ingenui viri trado ac rata eſſe in perpetuum decerno, noſtreque largicionis elemoſinam tam preſentes quam futuros noſſe volens, cartam hanc conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione munio, ne quis perverſus predictos fratres de hac noſtra tradicione inquietare preſumat. Unde & hos teſtes, qui noſtre tradicioni interfuerunt, ſubſcribere curavi. Abbas *Rukerus* Vilerienſis. Abbas *Baldewinus* de *Wernswilre.* Abbas de *Hornbach C.* Comes *Gerlacus* de *Veldencie.* Comitis de *Sarbrucken* tres filii videlicet *Albertus* Prepoſitus, *Fridericus* & *H. Hugo* de *Hagene* & filius ejus *Theodericus. Brunicho Waltherus* de *Brucken. Hermannus* de Sancto *Ingeberto. Gotfridus* de *Wolmeringen. Symon* de *Sarbrucken. Gotfridus* de *Ruldingen Johannes* filius *Boemundi. Hermannus* de *Nikaſtel. Reinherus* & *Waltherus* frater ejus de *Hoinberc. H.* de *Maingen. Wal.* de *Sarwerde. H.* de *Sarwerde* Advocatus *Bert.* de *Zweinbrüke. Sigelbart* de *Alben.* omnes ingenui viri.

XXXIV.

Digitized by Google

XXXIV.

LITTERE DONACIONIS SUPER VILLA *SPESBACH* EX PARTE *WEZELONIS* DE *BERGA.*

O. (a) Dei gratia Spirenſis Eccleſie Epiſcopus cunctis fidelibus Xpi in perpetuum. Si locis divino cultui mancipatis noſtra impendimus. non aliud agimus niſi quod Deo ſua reddimus.

Igitur quoniam ea que racionabiliter acta ſunt ſucceſſione temporum oblivioni poſterorum ſepe traduntur & exinde occaſiones malignantium leviter oriuntur. ea que a Nobis facta ſunt ſcriptis annotari dignum duximus. Noverint itaque tam future quam preſentis etatis omnes Xpi fideles. quod partem bonorum illorum que *Wezelo* de *Berga* nobis reſignavit. villam videlicet *Spesbach.* ob ſalutem anime noſtre Eccleſie & fratribus in *Uzerſtal* libere conceſſimus & donavimus eo ſcilicet pacto. quod dicti fratres ſingulis annis in Nativitate beate virginis *Marie* XII. denarios Canonicis Majoris Eccleſie perſolvant. Et ut hujus rei auctoritas omni evo inconvulſa permaneat. Hanc cartam inde conſcriptam. ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Hujus donacionis teſtes ſunt *Johannes* Prepoſitus ſancti *Germani.* *Arnoldus* Decanus Majoris Eccleſie. C. Prepoſitus omnium ſanctorum. *Albertus* Canonicus. *Andreas* Scolaſticus. *Burkardus* Canonicus ſancti *Widonis.* *Burkardus* de *Keſtenberg.* *Dudo* Camerarius. *Billungus*

(a) *Otto* Comitum Hennebergiorum ſtirpe progenitus.

gus Monetarius. *Diderich* de *Musbach*. *H. Diesmar*. *Bert*. de *Musbach* & alii quam plures. Acta ſunt hec *Spire* Anno ab incarnacione Domini M°. C°. LXXX°I. Indictione XIIII. concurrente III°. Epacta III.

Privilegium *Friderici* I. Imp. Eccleſiae *Vallisuterinae* conceſſum an. MCLXXXVI. vid. *in Subs. Dipl. T. X. p. 352.*

XXXV.

LITTERE SUPER MINUTA DECIMA ET PASCUIS IN *VISBACH*.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego *Cuonradus* Dei gratia Hornbacenſis Eccleſie humilis miniſter dilecto Abbati *Alberto* in *Uzirſtal* ſuisque ſucceſſoribus & fratribus ibidem Deo famulantibus ſubſcripte racionis perpetuam in Xpo ſtabilitatem. Apoſtolicis licet privilegiis in ordine veſtro obtinueritis, nullas animalium vel novalium veſtrorum decimas vos daturos. tamen quia pacem magnopere diligitis & queritis. ut vere filii pacis. decimam in grangia veſtra que dicitur *Loyben* pertinente ad jus eccleſie noſtre non equitatis jure ſed humili prece veſtre tradi Eccleſie hereditaria poſſeſſione affectu ſpeciali petiſtis. Veſtra igitur dileccione & pio rogatu flexus aſſenſu capituli noſtri & Eccleſie noſtre miniſterialium nec non & ſacerdotis de *Visbach* nomine *Yinmonis* ad cujus parochiam medietas ſupradicte decime per-

pertinet. omne jus prefate decime videlicet in *Loyben ſuperiore* ſimul & *inferiore* ad noſtram Eccleſiam pertinentis, veſtre abſque ulla contradiccione donamus Eccleſie hereditario jure in perpetuum poſſidendum. & paſcuas in curiam *Visbach* attinentes. ea ſcilicet racione, quatenus ſingulis annis in feſto ſancti *Pirminii* liberum perſolvant cenſum ideſt quatuor Uncias monete Spirenſis. Ex hiis quatuor unciis duas cellerario fratrum, ut inde ea die fratribus ſuis ſerviat duas ſacerdoti in *Visbach* & ſic ab inquietudine totius exactionis liberi pariter & immunes permaneant. Hec autem ut rata & illibata conſerventur, ſigillo Domini Spirenſis *Ulrici* Epiſcopi & noſtro & Capituli noſtri confirmacione munimus. Anno Dominice Incarnacionis M°. C°. LXXX°. II°. *Lucio* Papa papante, regnante *Friderico* Imperatore Rom. Acta ſunt hec coram hiis teſtibus *F.* Decano. *H.* Camerario. *H.* prepoſito. *Gotfrido* Cuſtode. *Reinboldo* Cappellano. *Hunfrido. Alberto. C. Hezelone. Symone. C. Clemente* monachis. *Yimmo. Helias. C. Rupertus* Archipresbiter clerici. *Landolfus* ſcultetus & frater ſuus *Amilius. Gerwinus* ſcultetus de *Visbach. Gerhart. Erneſtus. F. Rudegerus H.* pincerna. *Arnolfus* dapifer & frater eorum *Didericus. Hemedigus.* omnes hii miniſteriales ſancti *Pirminii Volmarus* thelonearius. *H.* de *Rimelingen. Reinher heimburge* & filius ejus *Meffridus* Canonicus ſancti *Fabiani. Hermannus* & filius ejus *Hermannus* villicus in *Visbach. Gerhardus* filius *Reinheri. Heimo heimburge* in Valle. *Reinolt bergemeger.*

XXXVI.

LITTERE SUPER ALLODIO IN *GEILEWILRE* EX PARTE *CUONRADI* DE *RIET* ET *ADELHEIDIS* UXORIS SUE.

Fridericus *) Dei gracia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Imperatorie majeſtatis auctoritas & ejus circumſpectio ſicut Eccleſiarum & Xpi famulorum votis vultu propiciacionis intendit, ita legitime illis contradita ſcripti ſui robore confirmare conſuevit. qua propter ad Univerſorum Xpi & Imperii fidelium tam preſentis etatis quam future poſteritatis noticiam pervenire volumus, quod bona in *Flemeringen* que nobilis vir *Hermannus* Spirenſis Canonicus *Eckeberti* comitis filius benigna animadverſione per manum noſtram ac filiorum noſtrorum *Heinrici* illuſtris Romanorum Regis & *Friderici* ſpectabilis Suevorum Ducis Cenobio *Uterinevallis* in preſencia multorum Imperii noſtri principum pro remedio anime ſue & parentum ſuorum legitima donacione tradidit, pariter cum allodio in *Geilewilre*, quod conſimili donacione *Cuonradus* de *Riet* & *Adelheidis* uxor ſua per manum noſtram ac filiorum noſtrorum eidem Eccleſie contulerunt, nos divine pietatis reſpectu manutenere decrevimus & preſentis pagine teſtimonio communire. ſtatuimus ergo & Imperiali auctoritate noſtra firmiter & aperte ſancimus, ut nulla omnino perſona magna vel parva, ſecularis vel Eccleſiaſtica in predictis

*) *Fridericus* I. Imperator dictus *Barbaroſſa*.

dictis bonis jam dicte Ecclesie & fratribus injuriari audeat aut injusta quavis occasione ipsos inquietare presumat. si quis autem hoc attemptaverit & presenti confirmacioni nostre iniquo temeritatis ausu obviare conatus fuerit, nostram & filiorum nostrorum in presenti seculo senciet indignacionem cum districtiori venturi judicis ulcione. si non penituerit & digne satis fecerit. Hujus rei testes sunt *Ulricus* Spirensis Episcopus. *johannes* Prepositus sancti *Germani*. *Burckardus* de *Kestenberc* & *Drushardus* frater ejus *Wernherus* de *Bonlant*. *Rudolfus* Camerarius. *Heinricus* de *Lutra* Marscalcus. *Cuonradus* pincerna. Comes *H.* de *Gretzingen*. *Hunfridus* de *Valkenstein* & alii quam plures. Datum apud *Lutram* *) Anno Dominice Incarnacionis M°. C°. L XXX°. IIII°. Indictione II. II. Kalend. Augusti. 31. jul.

*) *Kaisers-Lautern.*

XXXVII.

LITTERE COMPOSICIONIS INTER NOS ET ECCLESIAM IN *WADEGOZE* SUPER SILVA *HOWALT*.

In nomine sancte & individue Trinitatis, Patris & filii & Spiritus Sancti. Ego *Godefridus* Monasterii Wadescengensis (a) vocatus Abbas om-

 nibus

(a) *Wadgassen* ad Saram Monasterium fratrum sub regula. S. *Augustini*. Cartam *Alberonis* Archiepisco-

nibus Eccleſiaſtice pietatis ordinis ſeu ſecularis potencie dignitatibus in Xpo Domino Deo eterno perpetue pacis & beatitudinis ſalutem. Sicut antiquiſſimi virorum facta ſua forcia & nobilia ſcripturarum relatu ad noſtre & temporum cognicionem transferre ſtuduerunt, ita eciam noſtrorum temporum geſta future generacioni litterarum monimentis plerumque nunciari ſolent. Hanc itaque formam imitantes univerſis Xpi fidelibus preſencium relatu notum facimus quod cum fratres de *Uzerſtal* totum allodium inculti nemoris quod vulgo dicitur *Howalt* in *Lobiis* ſibi indebite vendicaſſent & e contra fratres noſtri quartam ejusdem allodij partem ſui juris eſſe legittime probare voluiſſent, & iſta contencio contra monaſtice diſcipline honeſtatem multis ſeviens annis nequaquam per laicas perſonas quas ſepe numero pro reformanda pace convocavimus debito fine terminari potuiſſet, nutu divino relictis ſecularis milicie viris tam Nos quam *Uzerſtaldenſes* ad religioſarum convolavimus judicia perſonarum, id eſt, Domini *Alberti* Vilarenſis & Domini *Baldoini* montis ſancte *Marie* Abbatum, qui pari conſenſu judices electi, cum ipſam cauſam ſemotim ſub equitatis libramine ſubtiliter examinaſſent, pro diutina diſcordia ſopienda & pacis atque concordie unione introducenda tres ſupra fati allodii partes fratribus de *Uzerſtal* & nobis quartam aſſigna-

piſcopi Trevirens. pro fundatione dicti monaſterii attulit ex *Ludolfi* conſultat. *Hontheimius hiſtor. Trevir. Dipl. T. 1. p. 525.*

gnaverunt, paſture vero communitatem & uſumenta per totum allodium nobiſcum habere illis indulſerunt. Ita ſane ut ſalvo reliquo jure noſtro cenſum ſex denariorum in curiam noſtram *Burgalben* annatim in feſto ſancti *Martini* perpetua lege ſolvere teneantur. Porro de Arboribus lex talis eſt lata, quod neutra ſcilicet parcium ſine alterius conibencia arborem vel magnam vel modicam dare poterit nec promittere, nec aliquam prorſus familiam ad manendum ibidem introducere, nec viciniora altrinſecus habitacola quandoque inſtaurare, Converſi eciam de *Lobiis* ad noſtra ſe paſcua depaſcenda extendere ex condicione non poterunt ſed paſcuis ſepius dicti Allodii contenti eſſe debebunt. Et ſciendum quod quicunque utriuslibet partis converſus ſeu familiaris legem hujus pacti quoquo modo transgreſſus fuerit ex precepto Abbatis ſui ad alterius partis Monaſterii fores cubans tamdiu ſatis facturus jacebit, donec de reatu ſuo congrue indulgenciam conſequatur. Ut igitur contractus iſte divino munere inter monaſterium noſtrum & *Uzerſtaldenſe* cenobium procuratus inviolabile robur obtineat, cyrographum cum teſtium annotacione fieri juſſimus, cujus primam partem ſigillo Vilarenſis & Utriſtaldenſis Abbatum impreſſam penes Nos conſervavimus, alteram ſigillo noſtro & item Vilarenſis Abbatis communitam Utriſtaldenſi Monaſterio in teſtimonium rei geſte transmiſimus. Teſtes *Girardus* Camerarius noſter. *Johannes* de *Lucelenberg*. clerici. *Yſenbardus*. *Volcwinus*. & *Albertus* converſi. Dominus *Becelinus* Abbas de

Utriſtal. Rogerus Senior & *H.* Cellerarius monachi. *Nivelungus. Hunfridus* & *Wiricus* converſi. Dominus *Albertus* Abbas Vilarenſis, *Theodericus job* de *Ruſcingen* monachus, *ſteinardus* & *Richwinus* converſi. Dominus *Baldowinus* Abbas de monte ſancte *Marie. Sefridus* converſus & alii multi. *Landolfus* ſcultetus & *Gerwinus* milites de *Wilenſtein.* Acta ſunt hec apud *Loiben* Anno Verbi incarnati M°. C°. LXXX°. IIII°.

XXXVIII.

LITTERE DNI *FRIDERICI* IMP. SUPER *SPEHTESBACH DEURENBACH, GREVENHUSEN METTENBACH* ET *RODENBACH.*

Fridericus Dei gracia Rom. Imp. & ſemper Auguſtus. De injuncto Nobis divinitus Officio tenemur Eccleſiis ac monaſteriis in noſtro precipue Imperio conſtitutis vigili ſtudio prodeſſe & ſollerti cura proſpicere, ne illorum negocia ſive in concambiis utilibus & honeſtis ſeu in aliis quibuslibet contractibus Deo ſervientibus in eisdem eccleſiis profuturis oblivioni tradantur & ſic negligantur & inpoſterum detrimentum paciantur. Hoc ſane intuitu notum eſſe volumus univerſis tam futuris quam preſentibus, quod Nos predium illud in *Spehtesbach* quod ab Eccleſia Argentinenſi in beneficio habuimus & aliud predium in *Tegerenbach* quod ab eadem eccleſia in feodo tenuimus dilecto noſtro *Heinrico**), ejusdem Eccleſie Epiſcopo

*) E familia de *Haſenburg.*

po reſignavimus tali lege, ut ipſe eadem predia & alia eciam videlicet in *Grevenbuſen* & in *Mettenbach* & in *Rodenbach* & quecunque a predicta eccleſia Argentinenſi huc uſque habuimus, monaſterio fratrum in *Uzerſtal* libere poſſidenda concederet & in pace eis dimitteret & in concambio reciperet predia in *Mulnboven* & in *Rorbach* que predicta Eccleſia in *Uzerſtal* poſſederat & Nos eadem predia a ſepedicta eccleſia Argentinenſi in beneficio ſuſcepimus. Huic contractui interfuit predilectus filius noſter *Heinricus* illuſtris Rom. Rex Auguſtus & filius noſter *Otto* Palatinus Burgundie, *Cuonradus* quoque de *Rodenburc* filius noſter, *johannes* eciam Imperialis aule Cancellarius & *Cuonradus* Prepoſitus ſancti *Germani* apud *Spiream* C. de *Lapide* & *Burchardus* Vice Dominus Argentinenſis. Teſtes ſunt eciam hujus concambii *F.* Comes de *Liningen. Albertus* Comes de *Dagesburc* & Comes *Sigebertus*, *Hermannus Weiſo. Wernherus* de *Bonlanden. Diemarus* de *Leimersheim. Ulricus Weiſo. Wernherus* Marſcallcus Argentinenſis *Rudolfus* Camerarius de *Sibeneich. Waltherus* Argentinenſis. *Ansbelmus* Advocatus Argentinenſis. *Wecelo* de *Berge. H.* de *Tanne. H.* de *Meiſterſale.* Datum apud *Hagenowe.* Anno Dominice Incarnacionis M° C° LXXX° IX°. Indiccione VII. XVIII°. Kalend. Maji.

14. Apr.

XXXIX.

LITTERE DNI. *H.* EPISCOPI ARGENTINENSIS SUPER VILLIS PREDICTIS.

Heinricus Dei gracia Argentinenſis humilis Epiſcopus. Ex injuncto nobis divinitus officio tenemur Eccleſiis ac monaſteriis circumquaque & precipue in noſtro Epiſcopio conſtitutis vigili ſtudio prodeſſe & ſollerti cura proſpicere. ne illorum negocia ſive in concambiis utilibus & honeſtis ſeu in aliis quibuslibet contractibus Deo ſervientibus in eisdem Eccleſiis profuturis oblivioni tradantur & ſic negligantur. ne inpoſterum detrimentum paciantur. Hoc ſane intuitu Notum eſſe volumus univerſis tam futuris quam preſentibus, quod predium illud in *Spehtesbach* & in *Grevenbuſen* *) & in *Mettenbach* quod Dominus *F.* Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ab Eccleſia Argentinenſi in beneficio habuit noſtre poteſtati eccleſieque noſtre tali lege reſignavit. ut ipſa eadem predia cum ſuis omnibus appendiciis que a predicta Eccleſia Argentinenſi huc uſque in hiis terminis in feodo habuit. Monaſterio fratrum in *Uzerſtal* libere poſſidenda in perpetuum traderemus in paceque dimitteremus & predia que predicta eccleſia *Uzerſtal* in *Mulnhoven* & in *Rorbach* poſſederat. que in concambio recipimus Domino Imperatori a ſepedicta Eccleſia Argentinenſi in beneficio traderemus. Conſilio itaque fratrum Eccleſie noſtre voluntati Domini Imperatoris in omnibus aſſencientes. predia que nobis reſignavit, Mona-

*) De hoc loco eciam agitur in *Subs. Dipl. T. IV. p. 326.*

Mercurius in Gemini, nicht zusammen in gleichen Graden, sondern Mercurius 1 Grad 30 Minuten vor der Sonne, und Mercurius ist rückgängig, und steht über Sonnenlauf. Item zusammen Sonne und Mercurius, und Mercurius ist 1 Grad 30 Minuten vor der Sonne, und Mercurius ist rückgängig, und steht über Sonnenlauf. Item Mercurius ist in Gemini, und Sol in Sagittario. Item Sonne und Mercurius stehen in Gemini, und Mercurius ist rückgängig. Item Sonne, Jupiter und Mercurius stehen in Gemini, und Mercurius ist rückgängig. Item Sonne

XL.

LITTERE SUPER QUIBUSDAM BONIS EMPTIS ERGA CANONICOS DE OMNIBUS SANCTIS.

Wicmannus Dei gracia dictus Abbas in *Uzerſtal* tam futuris quam preſentibus perpetuam in Domino ſalutem. Quia paſtoralis Officii eſt non ſolum commiſſi gregis ſed & proximorum paci intendere & unicuique Eccleſie ſua jura illibata ſervare. Nos ſaniori conſilio utentes & utrisque ſecundum commiſſe diſpenſacionis Officium providentes, querimoniam venerabilium canonicorum de omnibus ſanctis ob quasdam poſſeſſiunculas in Grangia noſtra *Metersheim* *) ſitas ſcilicet de lacu, de arena, deſerta parte tranſitus & quidquid habuerunt in lignorum frutetis in preſencia beate memorie *Cuonradi* ejusdem Eccleſie Prepoſiti ventilavimus & juſticie faventes pro ipſis poſſeſſiunculis redimendis tria talenta dedimus & omnem cenſum qui ſingulis annis eidem eccleſie debebatur, ad novem uncias redigentes Deo auctore in pace ſic cuncta compoſuimus & eandem compoſicionem, ut inviolata permaneet venerabilis *Otthonis* ſucceſſoris pie memorie *Cuonradi* & ejusdem Eccleſie prepoſiti ſigilli inpreſſione & noſtri confirmamus. Teſtes autem hujus rei ſunt *Rudogerus* cuſtos, *Berengerus*, *Albertus* de *Steinwilre*, *Albertus* de *Aldropbe*, *Sigebodo*, Magiſter *Gerun-*

*) Vid. *Diplomataria Mog. T. 2.* Diplomatar. ultimi documentum primum &c.

rungus, *Merbodo*, *Volmarus*. Acta ſunt hec Anno ab incarnacione Domini M°. C°. XC°. primo. XVI. Kal. Aprilis.

17. Mart.

XLI.

LITTERE SUPER LITEM DECISAM INTER *METERSHEIM* ET *MARRENHEIM*.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Quia labilis memorie fore conſtat humana condicio, preſencium geſta niſi ſcriptis mandentur ſuperveniente oblivionis nebula facile tandem oblitterantur. Ea propter Ego. *F.* divina gracia fratrum Mulenburnenſium dictus Abbas ac *Uterinevallis* eadem ordinacione *Becelinus* venerandus Abbas preſenti teſtimoniali pagina notum facimus quibuſque Xpi fidelibus preſentibus atque futuris, quod quedam Grangie juxta Renum in confinio Spirenſis Eccleſie ſunt poſite, quarum una *Marrenheim* Mulenburnenſi cenobio, altera *Metersheim* Eccleſie Dei que eſt in *Uzerſtal* deſervit, in quibus dum fratres inibi degentes, quod minime decuit, pro agrorum confiniis ſeu animalium pascuis aſſidue diſceptarent, nec cepte contencioni finem darent, patres utriuſque cenobii coadunati ſibi religioſiſſimis atque ſumme diſcrecionis viris in unum convenerunt & communi deliberacione perſonas Venerabiles & Co-Abbates Dominum *Godefridum Schonaugie*, Dominum *Ekembertum*

novi

non (plus) Deorum, domicilia & hereditates
Sacerdotum, quæ Templa vocant, ut ipsi
Templa, quæ Deorum habitacula dicunt, ut
ipsi Templa, quæ Deorum habitacula dicunt,
& etiam Templa non sunt, & Templa, quæ
Templa non sunt, & Templa, quæ Templa
sunt, quæ Templa non sunt, & Templa, quæ
non (plus) Deorum, domicilia & hereditates
Sacerdotum, quæ Templa vocant, ut ipsi
Templa, quæ Deorum habitacula dicunt, ut
ipsi Templa, quæ Deorum habitacula dicunt,
& etiam Templa non sunt, & Templa, quæ
Templa non sunt, & Templa, quæ Templa
sunt, quæ Templa non sunt, & Templa, quæ
non (plus) Deorum, domicilia & hereditates
Sacerdotum, quæ Templa vocant, ut ipsi
Templa, quæ Deorum habitacula dicunt, ut
ipsi Templa, quæ Deorum habitacula dicunt,
& etiam Templa non sunt, & Templa, quæ
Templa non sunt, & Templa, quæ Templa
sunt, quæ Templa non sunt, & Templa, quæ
non (plus) Deorum, domicilia & hereditates
Sacerdotum, quæ Templa vocant, ut ipsi
Templa, quæ Deorum habitacula dicunt, ut
ipsi Templa, quæ Deorum habitacula dicunt,
& etiam Templa non sunt, & Templa, quæ
Templa non sunt, & Templa, quæ Templa
sunt, quæ Templa non sunt, & Templa, quæ
non (plus) Deorum, domicilia & hereditates
Sacerdotum, quæ Templa vocant, ut ipsi
Templa, quæ Deorum habitacula dicunt, ut
ipsi Templa, quæ Deorum habitacula dicunt,
& etiam Templa non sunt, & Templa, quæ
Templa non sunt, & Templa, quæ Templa
sunt, quæ Templa non sunt, & Templa, quæ

gegen Abendland, Mittag und gegen Mitternacht, in Ansehung der Sonne, und ihres Laufs, und Stellung, und Lichtes, und Finsterniß, und Wärme, und Kälte, und Winde, und Wolken, und Donner, und Blitz, und Regen, und Schnee, und Hagel, und Reif, und Thau, und Frost, und Eis, und Gefrieren, und Reifen, und Kälte, und Frost, und Schnee, und Eis, und Nacht, und Tag, und Licht, und Finsterniß, und Blitz, und Wolken, und Donner, und Regen, und Thau, und Hagel, und Reif

XLII.

LITTERE DOMINI *HEINRICI* IMPERATORIS DE *UTERINA VALLE* ET DE ADVOCACIA *SPETHESBACH* ET DE ALMEINDA PREDICTORUM LOCORUM.

In nomine ſancte & individue Trinitatis *Heinricus* ſextus Divina favente clemencia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. Cum Eccleſiis & viris Eccleſiaſticis precipue viris religioſis in hoc ſeculo miſericordie viſcere clementer aperimus. a retributore bonorum omnium condignam inde mercedem in eterna beatitudine nos recepturos non dubitamus. Quapropter ad noticiam univerſorum Imperii noſtri fidelium tam preſentis etatis quam ſucceſſure poſteritatis volumus pervenire. quod nos intuitu interioris hominis attendentes ſanctam ac religioſam vitam venerabilium virorum *Wichmanni* Abbatis de *Uterina Valle* & fratrum ibidem Deo famulancium. ipſos & locum eorum cum univerſis rebus ſuis & perſonis & univerſis poſſeſſionibus ipſorum quas nunc habent aut in poſterum juſto acquiſicionis titulo poterunt adipiſci in ſingularem ac ſpecialem noſtre Majeſtatis recepimus protectionem ac defenſionem. Habundancius autem predictorum Venerabilium virorum utilitati & tranquillitati intendentes. concambium illud quod inter ipſos & *H.* de *Meiſterſele* *) in preſencia noſtra factum eſt, ratum habemus & Confirmamus. De Advocacia ſcili-

*) Confer. *Subſid. Dipl. T. X. p. 354.*

ἀλλὰ τὸ ἐμπόδιον ἐν τῷ ἐμπόδιῳ ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ τὸ ἐμποδιζόμενον ἐν τῷ ἐμποδιζομένῳ. Ἐὰν δὲ τὸ ἐμπόδιον ἐν τῷ ἐμποδιζομένῳ ἐστὶ καὶ τὸ ἐμποδιζόμενον ἐν τῷ ἐμποδίῳ, οὐκ ἀνάγκη τὸ ἐμποδιζόμενον εἶναι ἐν τῷ ἐμποδίῳ· ἐνδέχεται γὰρ τὸ ἐμποδιζόμενον ἐν τῷ ἐμποδιζομένῳ εἶναι καὶ μὴ ἐν τῷ ἐμποδίῳ.

in ulcionem ſue temeritatis quinquaginta libras auri pro pena componat. medietate camere noſtre inferenda. reliqua parte injuriam paſſis perſolvenda. Hujus rei teſtes ſunt. *Otdo* Spirenſis Epiſcopus. *Symon* Dux Lotharingie. *Otdo* Palatinus Comes Burgundie. *Philippus* frater noſter. *Sibertus* Comes de *Franckenberc*. *Bert*. Comes de *Berge*. *Bert*. Comes de *Nuwenberc*. *Boppo* Comes de *Laufe*. *Godefridus* de *Wineden*. *Rudolfus* de *Kyſelowe*. *Marquardus* de *Wilre*. *H*. de *Wildenſtein*. *Waltherus* de *Eichilberc*. *Cuno* de *Mencenberc*. *Wezelo* de *Berge*. *C*. de *Rodenberg*. *C*. de *Annewilre*. *H*. de *Taune*. *Anshelmus* de *Spira* & alii quam plures. Ego *Siglous* Imperialis aule Cancellarius vice Domini *C*. Maguntine ſedis Archiepiſcopi & tocius Germanie Archi Cancellarii recognovi.

Signum Domini *Heinrici* ſexti Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Acta ſunt hec Anno Incarnacionis Dominice M°. C°. XC°. IIII°. Indictione XII. Regnante Domino *Heinrico* VI. Romanorum Imperatore glorioſiſſimo Annò regni ejus XX° III°. Imperii vero IIII°. Datum apud *Trivels*. Septimo Idus Maji.

9. Maji.

XLIII.

LITTERE SUPER PROTECTIONE NOSTRA ET QUOD OMNES HOMINES SUB IMPERIO POSSUNT NOBIS CONFERRE BONA SUA.

Heinricus ſextus divina favente clementia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus. *) Ab eterni Regni premium & temporalis imperii incrementum apud Regem Regum nobis proficere non ambigimus, ſi paci & commoditatibus Eccleſiarum ſollicite intendere curaverimus. Cognoſcat ergo & etas preſencium & poſteritas futurorum. quod nos pro ſalute anime noſtre atque interventu dilecti *Uterine vallis* Abbatis ipſum Monaſterium *Vallis uterine* in ſpecialem noſtre ſerenitatis protectionem recepimus cum perſonis ibidem Deo famulantibus atque univerſis bonis que in preſenciarum poſſidet aut proceſſu temporis largicione fidelium vel aliquo acquiſicionis titulo poterit adipiſci. ſpecialiter quoque concedimus ut miniſteriales & omnes homines noſtri bona ſua mobilia & immobilia memorato monaſterio conferendi plenam & liberam imperiali conceſſione habeant facultatem. ſi quid vero preteritis temporibus nominato cenobio collata ſunt, ea ipſi preſentis ſcripti patrocinio confirmanda duximus ſtatuentes ut nullus omnino hominum hanc noſtram

*) Charta haec, cui annus non eſt adſcriptus, inter *Heinrici* annum Coronationis 1191. & obitus 1197. 28. Sept. ponenda.

noſtram conceſſionem audeat infringere vel fratres dictos aut monaſterium in hiis que premiſimus aliquo modo perturbare. Datum *Ratisbone* II. Id. januarii Indictione X.

12. jan.

Litterae ſuper eadem libertate a *Friderico* Romanorum Rege eodem tenore datae ſunt *Spire*. XIIII. Kal. Indict. V.

XLIV.

LITTERE SUPER ANNIVERSARIO DOMINI *JOHANNIS* ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS ECIAM FUNDATORIS NOSTRI, QUI CONSTRUXIT DIMIDIETATEM MONASTERIJ NOSTRI ET ALIA MULTA BONA NOBIS FECIT. CUJUS A. R. I. P.

Johannes (a) Dei gracia Trevirorum Archiepiscopus omnibus preſentem cartam inſpicientibus ſalutem in Domino. Notum eſſe volumus quod ob ſalutem anime noſtre & ſub ſpe retribucionis eterne Eccleſiam de *Uterina valle* a debito ducentarum marcarum quo nobis tenebatur abſolvimus hac cum condicione interpoſita. quod fratres de fructibus de pecunia predicta provenientibus eccleſiam tam in ſedibus quam in ceteris ornamentis Eccleſie neceſſariis decorabunt. Nobis autem ab hac luce ſubtractis fratres jam dicte Eccleſie in annua noſtri anniverſarii revolucione presbiteri quidem ſinguli miſſas ſingulas decanta-

re

re tenebuntur. reliqui vero clerici pſalmos ſibi injunctos decantabunt. Et totus conventus predicto die plenariam in pane & vino & piſcibus percipiet refectionem. Ut autem hec rata permaneant & inconvulſa. Domini *Philippi* (b) Regis. Domini *C.* (c) Epiſcopi Herbipolenſis ac noſtri ſigilli impreſſione fecimus inſigniri. & eorum coram quibus hec facta ſunt teſtimonio roborari. quorum nomina ſunt hec. Dux de *Meran* Prepoſitus de *Ludra*. *C.* protho Notarius & *H.* frater ejus. (d)

(a) *Joannes Heinrici* Regis Cancellarius, Vir omnes prudentiae civilis ae vitae laudatae numeros in ſe continens ſedi Archiepiſcopali apud Treveros impoſitus eſt an. 1190.

(b) *Phillippus* Rex *Moguntiae* coronatus an. 1198. moritur 1218.

(c) *Conradus* e nobili Ravensburgiorum gente oriundus Epiſcopus Herbipolenſis ab an. 1198—1202.

(d) Chartae huic nullus adpoſitus eſt annus. eandem inter annum 1198 & 1202 ponendam eſſe liquet e nota praecedente *c*.

Digitized by Google

XLV.

LITTERE SUPER BONIS IN *METERSHEIM*, QUE CONTULIT NOBIS C. DE *SOLZVELT* ET UXOR SUA.

C. *) Divina favente Clemencia Spirenſis Epiſcopus & imperialis Aule Cancellarius. Suboriri ſepe ſolet in geſtis humanis magna dubitacio, niſi aut lingua bonorum hominum robur adhibeat aut ſcriptura, Notum ſit itaque tam preſentibus quam futuris hanc paginam inſpicientibus, quod *Cuonradus* de *Solzvelt* preſidentibus Nobis Generali ſynodo noſtre **) obtulit Eccleſie *Uterine vallis* quoddam predium in *Metersheim* cujus quarta pars ad uxorom ſuam *Methildim* hereditario jure fuerat devoluta, reliquas tres quartas comparavit pro XXVIII. marcis Colonienſis monete pro *Heinrico* de *Bergeheim Cuonrado Candel*, *Godefrido* de *Owensheim* maritis ſororum predicte *Methildis*, cujus bonam voluntatem nos approbantes queſivimus in ſentencia, ſi licite iſta a predicto C. poſſent fieri, Dominus autem *Rudolfus* de *Kiſelowe* & *Anſhelmus* quandoque Spirenſis Advocatus protulerunt in ſentencia, quod ſepedicto C. cum conſenſu uxoris ſue & nullo heredum ſuorum contradicente bene liceret prenominatum predium Eccleſie prefate conferre. quam ſententiam ab omnibus approbatam Nos auctoritate noſtra

*) *Conradus* III. e. Scharffeneckiorum ortus familia multis egregie factis inclaruit.

**) Synodus iſta reliquis ſpirenſibus in novis ſubſidiis pridem editis addenda.

Digitized by Google

dus confessionibus, dignitate longe V. Sanctis Patribus inferior, ut ex ipsis Epistolis patet, quas ad Ecclesiam Romanam dedit. Hic Ecclesiæ Romanæ Diaconus, Gregorii Papæ I. familiaris, ejusque Vicarius in Anglia, ut ex Bede Hist. Eccles. Anglor. lib. II. cap. 1. constat. Obiit Romæ, ut ex Epistola Gregorii Papæ ad Augustinum Archiepiscopum Cantuariensem, lib. VII. Epist. 30. colligitur. Ut autem hæc ipsa Epistola Gregorii Papæ ad Augustinum Archiepiscopum Cantuariensem, lib. VII. Epist. 30. ad Ecclesiæ Romanæ Diaconum Gregorium, lib. VIII. Epist. 29. ad Augustinum Archiepiscopum Cantuariensem, lib. IX. Epist. 107. ad Theodelindam Reginam Longobardorum.

Digitized by Google

XLVI.

LITTERÆ DE CAUSA ANGLICA EPISCOPI ROMANI.

Quoniam Ecclesiæ Anglicanæ Ecclesiæ Apostolicæ conversionis sui studium impendere, et Sanctæ Ecclesiæ, Sedisque Apostolicæ, quæ te Deo auctore genuit, filios ad Christi gratiam perducere, et ad ejus amorem accendere, et ad ejus cultum gratia cooperante fideliter instituere, et ad ejus obsequium devotissime informare, et ad cœlestia regna sanctæ Trinitatis misericordia perducere, et ad ejus gloriam, quæ in cœlis est, pervenire, et ad ejus gaudia, quæ in cœlis sunt, pervenire, et ad ejus gaudia, quæ in cœlis sunt, pervenire, et ad ejus gaudia, quæ in cœlis sunt

Abbatem & conventum *Uterine vallis* & *Gerungum* ſpirenſem dictum quandoque Camerarium ſuper concambio quorundam bonorum noſtra mediante preſencia contractus ſit celebratus. Abbas & Conventus dederunt *Gerungo* bona ſua quecunque habebant in *Mulenboven* *) ſive in agris ſive in pratis vel in vineis que *Helldvicus* & uxor ejus *Cunegunt* ante per manus noſtras abſolute legaverant Eccleſie *Uterine vallis*, que eadem Eccleſia decem annis & amplius in quieta tenuerat poſſeſſione, *Gerungus* vero in concambio bonorum illorum dedit Eccleſie predicte, curtim ſuam in *Spira* ſitam juxta S. *Mauricium* & inſuper addidit eis triginta libras ſpirenſis monete. *Johannes* autem filius ejusdem *Gerungi*, qui ad eandem curtim in tabula civitatis fuerat intitulatus & in preſentia noſtra per ſententiam civium ab intitulatione eadem eſt depoſitus & conventus ſupra memoratus nomine Eccleſie ſue in eodem titulo eſt denotatus. Quia vero idem puer adhuc erat infra annos diſcretionis, ne forte in poſterum ab eodem pulſari poſſet Eccleſia ad cavendum tale periculum *Gerungus* impignoravit Eccleſie bona quecunque habebat in *Alt ſpira* pro ſexaginta marcis puri argenti; inſuper ad habundantem cautelam impignoravit eidem Eccleſie ſupradicta bona in *Mulenboven*. Nos vero ut contractum hunc magis ſolemnem efficiamus, de gratia & affectu quo erga ſupra nominatam Eccleſiam Abbatem & conventum ducimur, eorum curtim omnibus & ſingulis immunitatibus atque privilegiis gaudere volumus, quibus alie domus

*) In Decanatu Herxheimenſi.

mus clericales gaudere dinoſcuntur. Ut autem hec rata permaneant & inconvulſa preſentem paginam inde conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione & noſtre civitatis ſtatuimus roborari. Acta ſunt hec Dominice Incarnationis Anno MCCXII. Indictione quinta decima. Huius rei teſtes ſunt *Cunradus* Major Prepoſitus *Cunradus* Decanus Major. *Fridericus* Prepoſitus S. *Widonis*. *Cunradus* cuſtos. *Andreas* Scolaſticus. *Marquardus* Cantor. *Rudegerus* Cellerarius. *Cunradus* portenarius. Abbas de *Mulenbrunnen*. Abbas de *Sunnesheim*. *Albertus* Camerarius. Advocatus *Anshelmus* & *Bartholdus* de *Scharphenberch*. *Fridericus* de *Danne* & alii plures.

XLVII.

LITTERE SUPER ABSOLUCIONE DECIMARUM, PRO QUIBUS DAMUS V. SOLIDOS METENSIS MONETE.

Wolframus Dei gracia Abbas Wizenburgenſis (a) & Hornbacenſis univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit. veritatis ſubſcripte teſtimonio fidem & favorem adhibere. Racioni conſentaneum videtur & eſt ut qui ad Eccleſiarum regimen Domino diſpenſante vocati ſumus ad providam in eisdem temporalium ordinacionem con-

(a) Monaſterium *Wiſſenburg* ord. S. *Benedicti* ad vogeſi radices jam memoratur in Charta Dagobertina. *Schöpfflini Alſatia illuſtrata T. 2. p. 388.*

Digitized by Google

ſideracionis oculum circumſpecte adhibeamus. Hec penes Nos diligencius pertractantes. quasdam decimas ad Nos ſpectantes ſitas in terminis Spirenſis dioceſis Monaſterio *Uterine vallis* contiguas ad idem Monaſterium jure cenſuali transtulimus cum porcione plebani de ipſius aſſenſu qui juxta decime proporcionem cenſus quoque terciam partem recipiet. Fundum vero memorati monaſterii eſſe allodii racione recognoſcentes. Abbatis & Fratrum peticionem ſuper hiis duximus admittendam. terminos fundi de quo dicte decime proveniunt exprimentes. Hii ergo ſunt termini. a *Deurenbach* *) ſurſum in directum uſque ad cacumen montis qui dicitur Rotinberc & de cacumine montis ejusdem deorſum uſque ad rupem dictam Winkinvels & ab eadem rupe uſque ad ambitum clauſtri. Has itaque decimas tam plebani quam noſtras cum frugibus. fructibus. feno & omnibus que inde proveniunt decimacionis racione & nos hactenus contingebant de conſenſu Domini mei *Cunradi* Metenſis & Spirenſis Epiſcopi jmperialis aule Cancellarii & tocius conventus noſtri preſcripto contulimus Monaſterio, ita ſane. ut Abbas & fratres loci ejusdem ſingulis annis nobis & Eccleſie noſtre quinque ſolidos Metenſis monete in feſto beati *Pirminii* in Eccleſia Hornbacenſi per nuncium ſuum perſolvant. quorum tercia pars plebanum contingit. Ipſi vero easdem decimas ſine diminucione & abſque omni impeticione inpoſterum perpetuo ſub cenſu quem prediximus, poſſidebunt. Sciendum etiam quod prefati

*) In ſede *Wiler* ſub *Rippurg*.

fati Abbas & fratres molendinum quoddam ecclesie nostre pignori obligatum decem maldra annone solvens annuatim pro quatuor libris redemerunt nobis illud restituentes. Ut autem hec nostra de facto presenti illibata permaneat ordinacio. sigillis eam primum Episcopi diocesani deinde nostro & Domini G. venerabilis Abbatis de monte Sancte *Marie* fecimus roborari. Testes qui aderant subscribentes. *Godefridus* Decanus. *Arnoldus* Cellerarius. *jeronimus* Camerarius. C. Custos & totus sancti *Pirminii* Conventus. multique alii. Acta sunt hec Anno Dominice Incarnacionis M° CC° XIII°. Indictione I. Data *Hornbach* pridie nonas junii.

XLVIII.

LITTERE SUPER CENSU DANDO IN *WIZENBURG* DE BONIS IN *METERSHEIM*.

Omnibus tam presentibus quam posteris presentem paginam inspecturis *Wolframus* Dei gracia Wizenburgensis & Horrenbacensis *Martinus Uterine vallensis* dicti Abbates spiritu sapiencie & intellectus repleri. Quoniam secundum Philosophos labilem & delicatam anime partem fore constat humanam memoriam & ideo generacione transeunte & generacione adveniente terra autem in eternum stante plurima dicta seu facta mortalium quodam lethargico, ut ita dicatur, oblivionis morbo constabat, nichilominus deperire,

contra ipſum oblivionis morbum ſalubre ſatis & utile a prudentibus inventum eſt ſcribendi conſilium, quo Nos grato admodum & placido utentes remedio univerſitati veſtre preſenti ſcripto ſignificamus & notum facimus quod Prepoſitura *) Eccleſie montis ſancti *Michabelis* in *Wizenburc* quoddam allodium apud *Methersheim* poſſidere ſolebat, quod allodium per plures ruſticos diviſum cum de die in diem ab *Uterine vallenſi* Eccleſia fuiſſet obtentum, Nos utilitati utriuſque Eccleſie providere cupientes ſtatuimus ut *Uterina vallenſis* Eccleſia Prepoſito eccleſie montis ſancti *Michabelis* annuatim in die Nativitatis beate *Marie* XV. uncias ſpirenſis monete perſolvendas & in ipſo monte ſancti *Michabelis* aſſignandas procuret, pro omni jure & univerſo cenſu predicti allodii quod Eccleſia montis ſancti *Michabelis* in *Metersheim* poſſidebat in aquis, in pratis, in agris, in ſilvis, in ſaltibus, in paſcuis, in villa, in ortis, in domibus & in omni loco de quo poteſt cenſus exigi. Prepoſitus autem montis eccleſie ſancti *Michabelis* ea die qua predictus cenſus ei aſſignabitur, aſſignanti in expenſis tenebitur. Et ne qnis huic facto in aliquo derogare ſe poſſe preſumat, de conſilio, volun-

*) Concordia, quae antiquitus inter Epiſcopos Spirenſes & Abbatiam Weiſſenburgenſem viguit, quod ex ea frequenter ad Epiſcopale ſolium vocarentur Abbates, fecit, ut poſt longum denique ſeculorum decurſum *Paulus* III. PP. Monaſterii hujus An. MDXXVI. in Eccleſiam Collegiatam converſi, Praepoſituram cum Spirenſi Epiſcopatu An. MDXLV. conjungeret.

voluntate & consensu tocius conventus in *Wizenburc* id statutum esse sciat. Ut autem hec omnia inconcussa & firma permaneant, utriusque nostrum nec non & Ecclesie in *Wizenburc* sigillis scriptum hoc duximus roborandum. Acta sunt hec Anno ab incarnacione Domini M°. CC°. XIII°. epacta XXVI. Concurrente primo, Indictione prima.

XLIX.

LITTERE SUPER ABSOLUCIONE CENSUS PRESCRIPTI DE *METERSHEIM*.

Wolframus Dei gracia dictus Abbas Wizenburgensis & Capitulum ejusdem loci omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis spiritum sapientie & intellectus repleri. Quoniam secundum Philosophos labilem & delicatam anime partem fore constat humanam memoriam & ideo Generacione transeunte & Generacione adveniente plurima dicta seu facta mortalium quodam letargico, ut ita dicatur, oblivionis morbo constabat deperire, contra ipsum oblivionis morbum salubre satis & utile inventum est a prudentibus scribendi consilium, quo nos grato admodum & placido utentes remedio, Universitati vestre notum facimus, quod Prepositura *) Ecclesie montis sancti *Michahelis* in *Wizenburc* quoddam allodium apud *Metersheim* possi-

*) Vid. charta immediate praecedens.

poſſidere ſolebat, quod allodium per plures ruſticos diviſum, dum de die in diem fuiſſet ab Eccleſia *Uterine vallenſi* obtentum, Prepoſito Eccleſie montis ſancti *Michahelis* annuatim XV. uncias ſpirenſis monete exinde jure cenſus perſolvebat, proceſſu vero temporis ego *Wolframus* predictus predicti loci Abbas cum cruce ſignatus eſſem & per multa impedimenta & pericula temporum & infinitas rerum circumſtantias, quas enumerare longum eſt, votum reddere non poſſem, predicta *Uterine vallenſis* eccleſia cum propriis ſumptibus & perſonis ſuper hoc peticionem noſtram ad Apoſtolicam ſedem porrexit & noſtrum & Eccleſie noſtre negocium ſtrenue ſatis & efficaciter in hac parte promovit, hujus rei gracia Nos de voluntate, conſilio & conſenſu Capituli noſtri ejusdem eccleſie beneficiis, laboribus & impenſis reſpondere & gracias agere volentes, ipſam a predicto cenſu liberam in perpetuum & abſolutam facere dignum duximus ſine omni reclamacione, & ut hoc factum ratum & inconcuſſum permaneat, preſens ſcriptum ſigillis Domini Cancellarii & Capituli Spirenſis, Abbatie & Capituli noſtri roboravimus.

Digitized by Google

L.

LITTERE SUPER ABSOLUCIONE DUALIS PARTIS IN DECIMA MINUTA IN *METERSHEIM.*

Capitulum Majoris Eccleſie Spirenſis omnibus preſens ſcriptum intuentibus veritatis teſtimonium acceptare. Cum inter nos & Conventum cenobii *Uterine vallis* ſuper decimacionibus lis verteretur, inter nos & ipſos talis acceſſit compoſicio, videlicet quod remiſimus eis dualem partem minute decime, ſed alias decimas plene perſolvent & in jure quouſque nune curia eorum in *Metersheim* curie noſtre in *Heilgenſtein* *) fuit addicta ulterius permanebit. quod ut ſtabile permaneat, preſentem paginam inde conſcriptam fecimus ſigilli noſtri munimine roborari. Actum Anno Domini M°· CC°. XXV°, Menſe Februario.

Eiusdem tenoris ſunt littere ſuper abſolutione eiusdem decime tam in animalibus quam in oleribus ibidem. = *remiſimus eis omnem decimam pecorum & olerum ortorum actenus cultorum, ſed alias decimas plene perſolvent. &c.*

Tunc quoque *Cunradus* de *Solzvelt* omnia bona ſua in *Metersheim* & Capitulum ſancti *Germani* & Capitulum S. Trinitatis ſpir. aliqua bona ibidem donarunt Monaſterio *Uterine vallis.*

*) In ſede *Wiler* ſub *Rippurg.*

LI.

LITTERE DOMINI *HEINRICI* REGIS RÔMANORUM SUPER HEINGEREIDE.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Heinricus* Dei gracia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Univerſis preſens ſcriptum intuentibus veritatis teſtimonium acceptare. Talentum cum lucro certum eſt eum reportare, qui ſibi credita non abutitur poteſtate. Cum itaque Divina providentia in Romani regni Gubernacula Nos vocaverit. mente firma ſtatuimus, ut ubicunque cognoverimus juſte ac racionabiliter ordinata. ea ſolidemus & injuriarum actionibus locum denegemus. Quare tam preſentibus quam poſteris notum eſſe volumus. quod *Marquardo* Abbate & fratribus ſuis de *Uterina valle* ex una parte & ruſticis de *Goderamſtein* (a) & eorum complicibus ex altera coram nobis litigantibus ſuper quibusdam ſilve communionibus que Almenda eſt appellata diligenter hinc inde auditis partibus viſiſque & auditis predicti clauſtri privilegiis. cum ab inclito genitore noſtro *Friderico* glorioſo Romanorum Imperatore & ab aliis predeceſſoribus noſtris. tum a loci ipſius fundatore *Rabodone* pie memorie ſpirenſi Epiſcopo eidem clauſtro indultis ſententialiter ordinavimus & iuxta prelibatorum tenorem privilegiorum firmum eſſe decrevimus. ut in ſilva fundo prefati Monaſterii adjacenti de qua fuit contentio. Conventus ipſe ad omnem ſuam utilitatem

(a) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 298.*

Digitized by Google

tatem liberam habeat communionem. Ceterum ſi quando propter extraneos ſeu vaſtatores communis ſilva cuſtodienda eſt. ſecundum quod in fundatoris privilegio ordinatum eſt. teneatur. Ut eciam contra ſepedictam eccleſiam maligno ſpiritu aliquando degraſſantibus obicibus reſiſtatur validoribus. privilegia a predeceſſoribus noſtris eidem Eccleſie tradita. rata haberi & firma volentes ſtatuimus ut ſi memorati ruſtici huic noſtre pagine auſu temerario obviare preſumpſerint. pene ſubjaceant centum marcarum auri. Teſtes hujus noſtre ordinacionis ſunt *Berengerus* (b) Spirenſis Epiſcopus. *Cuno* Abbas de *Wizenburg C.* Prepoſitus. *Sifridus* Decanus. *Cuno* Scolaſticus Majoris Eccleſie Spirenſis. *Stephanus* Scolaſticus ad omnes ſanctos Spirens. *Eberhardus* de *Walpurg* dapifer Regis. *C* de *Winſterſtede* pincerna Regis. *Ulricus* de *Trutelingen. Lupoldus* de *Grindela. Herwicus* de *Rorburc* Magiſter coquine. *H.* de *Scharphenecke. H.* de *Crophesberc. Elbuinus Niger* Spirenſis ſcultetus. *Elbuinus albus. C.* filius *Bernhardi. Ditmarus* thelonearius. *Bertoldus benzo* cives Spirenſes. Ut autem hec noſtra ordinacio firma & inconvulſa permaneat. preſentem paginam ſigilli noſtri munimine fecimus communiri Actum *Spire* Anno Dominice Incarnacionis. M°. CC°. XXIX°. V. Kal. Febr. Indictione prima.

28. jan.

(b) *Conradi* an. MCCXXIV. defuncti antea Coadjutor. vid. *nova ſubs. Dipl. T. I. p. 147.*

LII.

LII.

LITTERE DONACIONIS *HEINRICI* VII. ROM. REGIS SUPER ECCLESIAM IN *ANNEWILRE.*

Heinricus ſeptimus divina favente Clemencia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Univerſis Imperii fidelibus, quibus preſens littera fuerit oſtenſa, graciam ſuam & omne bonum. Cum conſtet nobis Eccleſiam *Uterine vallis* Cyſterc. Ord. a progenitoribus noſtris fundatam, cunctis ſupervenientibus tam divitibus, quam pauperibus, infirmis & peregrinis ad omnia caritatis & hoſpitalitatis opera, licet ad hoc minus ſufficiat, oportére ſemper eſſe paratam. Hanc ipſius inſufficienciam miſericordia ducti aliquantulum ſublevare cupientes, ſignificamus Univerſitati veſtre, quod Nos de innata nobis regia benignitate eccleſiam noſtram in *Annewilre* *) cum omni jure ſuo beate *Marie* Virginis dominio in eodem loco libertate regali cum vacabit, contulimus ad prediƈtos pietatis uſus perpetuo poſſidendam. Ad hujusmodi igitur facti noſtri memoriam roborandam preſentem litteram ſigillo noſtro communitam fratribus ipſius Eccleſie duximus aſſignandam Teſtes ſunt hii *Cunradus* Abbas ſancti *Galli. Cuno* Abbas de *Wizenburc. Heinricus* Comes de *Werda. Anshelmus* de *Rapoldtſtein Eberhardus* Dapifer de *Walppurc. H.* Camerarius de *Ravensburc. F.* frater ſuus & alii quam plures. Actum apud *Sunnisheim* Anno

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p.* 289.

Anno Dominice Incarnacionis M°. CC°. XXX°. III°. X°. Kalend. Aprilis Indictione ſexta.

23. Mart.

LIII.

LITTERE DONACIONIS BONORUM EX PARTE *HERMANNI* DE *RIETBERC.*

Ego *Hermannus* miles de *Rietberc* omnibus preſens ſcriptum inſpecturis notum facio, quod bona mea in *Ulvensheim* *) taliter in poſſeſſionem Eccleſie *Uterine vallis* devenerunt, ſi quidem ipſa bona partim pro XL libris partim pro remedio anime mee & meorum eidem eccleſie contuli & in Caſtro meo *Rietberc* communicata manu cum uxore & pueris Abbati *Heinrico*, *Alberoni* cellerario & *Gerhardo* converſo nullo reclamante vel contradicente aſſignavi. Poſtmodum vero apud ſupradictam villam *Ulvensheim* coram ejusdem ville & aliarum adjacencium villarum quibusdam ruſticis in preſencia militum *Heinrici* de *Scharpheneke* & filii ejus *Heinrici* junioris, *C.* de *Rode*. *Baldewini* de *Nicaſtel*. *Ditheri* de *Queichen* ſupradicte Eccleſie perſonis perpetuo poſſidenda cum omni jure quo prius ea poſſederam, rurſum ſollempniter aſſignando, totum factum meum confirmavi. Tandem apud Caſtrum *Spigelberc* predicto *H.* de *Scharpheneke* & *Hugone* de *Offinbach* tunc burggravio in

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 296.*

in *Spigelberc* coram glorioſo Romanorum Rege *Heinrico* facto meo & juri Eccleſie teſtimonium perhibentibus, idem Rex tam factum noſtrum quam jus eccleſie favore & aſſenſu ſuo roboravit, & predicto *Hugoni* Burggravio ab omni leſione & injuria auctoritate regia tuendum commiſit. Hujus rei teſtes ſunt Venerabilis *C.* *) Epiſcopus Spirenſis, *Hertwicus* Cappellanus ejus. *Fridericus* Comes de *Liningen. Gerhardus* ſilveſter Comes. *Wernherus* de *Bonlanden. Wiricus* de *Dune. Sifridus* ſcultetus de *Lutra* & alii quam plures. Ut autem hec omnia firma & illibata permaneant, ſigillis predicti Spirenſis Epiſcopi, Abbatis *Uterine vallis*, noſtro & Domini *H.* de *Scharphenecke* in preſenti cedula ſunt roborata. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnacionis. M°. CC°. XXX°. V°.

*) *Conradus* IV. de *Than.*

LIV.

LITTERE DONACIONIS OMNIUM BONORUM DOMINI *GEBENONIS* ET UXORIS EJUS *IRMINGARDIS* DE *VENINGEN* IN *BURNHEIM.*

Gebeno miles de *Veningen* *) ac uxor ejus *Irmingardis* univerſis intra gremium Sancte Matris Eccleſie filiis ſalutem in vero ſalvatore. Veſtre innoteſcat Univerſitati quod nos de Communi

*) Familia nobilis ab antiquo in *Elſenzgau* & *Creichgau.*

ni consensu omnia bona nostra sita in *Burnheim* coram *Hugone* burggravio in *Spigelberc* ac procuratore Divi Augusti *Friderici* Imperatoris Romani in annali placito apud *Lutramisforst* resignavimus & Abbati & Conventui *Uterine vallis* eadem pro remedio animarum nostrarum contulimus absolute, dictus vero Abbas & Conventus a prelibato Domino *Hugone* in possessionem missi sunt bonorum eorundem. Quod facti ratiabicio stabilis permaneret, sigillum dicti *Hugonis* presenti cedule est appensum. Acta sunt hec Anno gracie Domini. M°. CC°. XXX°. VII°.

LV.

LITTERE, NE DEMUS DENARIOS SERVICIALES ET QUODDAM JUS QUOD DICITUR WEGERUME.

Notum sit Universis presentem paginam inspecturis quod litigantibus invicem Abbate *Uterine vallis* pro sua Ecclesia ex una parte & *Burkardo* milite de *Vrisinheim* ex altera *B.* profitebatur, quod super quibusdam bonis *Uterine vallis* clausstro attinentibus sitis in *Swebichenheim* (a) ab Ecclesia prius conquisitis ex jure pectionis *) haberet unum maldrum siliginis & quartam. In secundis vero conquisitis eodem jure haberet II. maldra siliginis. Item denarios serviciales se-

(a) Hic locus occurrit *T. IX. Subs. Dipl. p. 176.*

*) *Pectio*, Conventio pactum, contractus.

cundum conſtitucionem ruſticorum & quoddam jus in eisdem bonis, quod dicitur Wegerume ſe habiturum aſſerebat. Abbas vero hiis non conſenciens tandem in arbitros utrobique compromiſſum eſt, quorum arbitrio lis ſic eſt deciſa, videlicet, ut dictus Abbas prefato *B.* ſingulis annis uſque ad tempus vite ipſius *B.* ſex maldra ſiliginis & dimidium, quorum tria & quartum pro denariis ſervicialibus dabit & jure pectionis. Reſidua vero tria & quartam dabit pro jure quod dicitur Wegerume debeat aſſignare. ſi vero clauſtro *Uterine vallis* in dictis bonis aliquod incommodum vel gravamen a ſervis vel familia prefati *B.* vel ab ipſis ruſticis fuerit irrogatum per ipſam penſionem dicto *B.* perſolvendam, recompenſabitur Eccleſie memorate. Cui Compromiſſioni partes fide data conſenſerunt. Hujus autem facti teſtes ſunt Magiſter *B.* Canonicus ſancte Trinitatis Spir. *Eberhardus* pincerna de *Welreſowe*, *Elbwinus niger*, *Dimarus*, Scultetus in *Swebichenheim*, & alii quam plures. Ut autem preſens ſcriptum a nullo valeat violari, preſentem paginam ſigillis capituli Majoris Eccleſie Spirenſis & Abbatis *Uterine vallis* partes fecerunt roborari. Actum Anno Domini M°. CC°. XXX°. VII°.

LVI.

LITTERE CONFIRMACIONIS SUPER DECIMAM CUM MONASTERIO HORNBACENSI PERMUTATAM A *SIFRIDO* ARCHIEP. MOG. CONCESSE. &c.

S. *) Dei gracia ſancte Moguntinenſis ſedis Archiepiſcopus dilectis in Xpo Abbati & Conventui *Uterine vallis* Cyſterc. Ord. Spirenſis Dyoc. ſalutem in Domino. juſtis petencium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum & vota que a racionis tramite non diſcordant effectum proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filii juſtis veſtris precibus inclinati. donacionem & commutacionem quarumdam Decimarum inter vos & Abbatem Hornbacenſis eccleſie rite factam pro ut in litteris pie memorie quondam *Ulrici* & *Cuonradi* Epiſcoporum Spirenſium perſpeximus contineri & decimas quas quondam Wizenburgenſis & Hornbacenſis Abbates Eccleſie veſtre pro annuo cenſu quinque videlicet ſolidorum Metenſis monete & : ro redempcione cujusdam molendini quod obligaverat Hornbacenſis conventus libere contulerunt, decimas etiam ſitas in Grangia que *Loyben* dicitur, quas quondam *C.* Hornbacenſis Abbas pro annuo cenſu videlicet quatuor Unciarum Spirenſis monete veſtre Eccleſie dinoſcitur contuliſſe, ſicut hec omnia ſupradicta juſte & racionabiliter facta ſunt, Auctoritate Metropolitica confirmamus preſentis ſcripti. patrocinio communimus.

*) *Sifridus* III. Archiep. Mog.

nimus.. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis infringere vel ei auſu temerario contra ire. ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit. indignacionem omnipotentis Dei. beati *Martini* & noſtram ſe noverit incurſurum. Datum apud *Uterinam vallem* Anno gracie M° CC° XXXVII°. VI°. Idus julii. Pontificatus noſtri Anno VIII°.

10. jul.

LVII.

LITTERE SUPER CONCAMBIO FACTO DE BONIS IN *KALSTAT* PRO BONIS IN *DAMHEIM*.

Cuonradus Dei gracia Spirenſis Epiſcopus. Res in tempore geſta ad perpetuam memoriam hominum ſolet ſcripto commendari, ne tractu temporis inficiacionis aminiculo valeat adnullari. Preſencium igitur atteſtacione dilucide proteſtamur, quod *A.* miles dictus de *Erlenheim* de conſenſu uxoris ſue omnem agriculturam ſuam quam habebat in *Damheim* *) nobis & Capitulo noſtro mediantibus cum omni jure & proprietate commutavit pro univerſis vinetis Monachorum *Uterine vallis* ſitis in *Kalſtat*. Quod autem ea que premiſſa ſunt per noſtrum & Capituli noſtri teſtimonium fiant certiora, hanc cedulam inde conſcribi & noſtro atque Capituli noſtri ſigillis in ſignum veri-

*) Vid. *Subs. Dipl. T. IX. p. 199. & T. X. p. 299.*

veritatis juſſimus roborari. Hujus rei teſtes ſunt *Bertoldus* Cantor Spirenſis. *Cuonradus* miles frater ejus. *Gotfridus* de *Haſelach* civis Spirenſis. *Theodericus* miles de *Kirwilre Burkardus* miles de *Wachenheim. Bertoldus* filius *Rufe. Volmarus* de *Ginnenheim* cives Spirenſes. Acta ſunt hec Anno Domini M°. CC°. XL°. Menſe Majo.

LVIII.

LITERE SUPER DECISIONE LITIS AGRORUM ET PASCUARUM IN *HARTHUSEN* INTER NOS ET MONASTERIUM *PONTIS SALUTIS.*

Ego frater *H.* dictus Abbas *Uterine vallis* preſentis ſcripti teſtimonio ad noticiam omnium tam modernorum quam poſterorum pervenire cupio, quod controverſia, que inter Conventum *Uterine vallis* ex parte una & Conventum *Pontis ſalutis* *) ex parte altera ſuper quibusdam agris ſtritacker dictis apud villam *Hartbuſen* ſitis, quos bone memorie Dominus *Anshelmus* quondam Spirenſis Advocatus beate *Marie Uterine vallis* contulit, multo tempore eſt habita, de conſenſu & voluntate utriuſque Eccleſie conventus tali amicabili compoſicione eſt deciſa, videlicet, ut proprietas predictorum agrorum ad Clauſtrum *Pontis ſalutis* in perpetuum attineat ea diſcrecione in-

*) *Heilsbrücken.* vid. *Subs. Dipl. T. V. p. 276. 310. 326.*

cessello, et subinde gravis calculus ac Cholera, quibus ille diu vexatus, tandem ad Christum migravit, ut ibi cum Sanctis Angelis et Beatis spiritibus agat & laeti fructus de terra pulchrè maturos percipiat. Ille enim ut Sanctus Ecclesiae Catholicae Apostolicae Romanae Filius, ut Pastor Ovium Christi, ut Doctor Gentium, ut Lumen fidei, ut Speculum vitae, ut Exemplum bonorum operum, ut Amator Dei, ut Martyr Christi, ut Sanctus Sanctorum, ut Angelicus, ut Apostolicus, ut Evangelicus, ut Propheticus, ut Coelestis Hierusalem Civis, ut Frater & Coepiscopus Sanctorum.

LII.

EPITAPH. SANCTORUM AUCTORITATE DIS-SOLVIT ET ABSOLVIT.

Ce grand Athlete Abbade, S. Antoine de Padoue, Docteur Evangelique, Lumiere de la foy, Miroir de vie, Exemplaire de bonnes œuvres, Amateur de Dieu, Martyr de Jesus Christ, Sainct des Saincts, Ange, Apostre, Docteur Evangelique, Prophete, Citoyen de la Cité celeste, Frere & Compagnon des Saincts, a payé à celuy qu'estoit la dette de tous, & ayant vaincu le monde, il a passé à la gloire du Pere, ayant esté receu par les Anges, & couronné par les Archanges.

Hic Athleta Abbas, Sanctus Antonius de Padua, Doctor Evangelicus, Lumen fidei, Speculum vitae, Exemplum bonorum operum, Amator Dei, Martyr Christi, Sanctus Sanctorum, Angelicus, Apostolicus, Evangelicus, Propheticus, Coelestis Hierusalem Civis, Frater & Coepiscopus Sanctorum,

* Sanctitate & opinione fere clarissimus.

riam & adjacens pratum que quandoque fuerunt cujusdam honesti viri *Dudonis*, nobis justicia dictante recompensavit. ut autem hec firma & inconvulsa permaneant, sigilli nostri appensione & subscriptis testibus munire curavimus. Hij ergo sunt testes. *Otto Swelle. johannes clumpo. Burkardus* de *Muolnhoven. Hugo* de *Otterbach. Bert.* & Frater eorundem. *Boschman. Didericus Meise.* Acta sunt hec Anno Dominice Incarnacionis M° CC° XLIII°.

LX.

LITTERE DOMINI *H.* DE *GIMMINECH* SUPER BONA IN *DAMHEIM.*

Heinricus miles de *Gimminech* ac uxor ejus *Guda* omnibus presentem paginam inspecturis salutem & subnotatis fidem adhibere. Quod factum est in tempore, ne cedat tempori, sigillato munimine debet eternari. Vestre innotescat Universitati quod ego *H.* dictus de *Gimmineeh* ac uxor nostra *Guda* pari manu omnia bona nostra in *Damheim* *) tam mobilia quam immobilia ad nos jure spectancia Abbati & Conventui *Uterine vallis* vendidimus absolute & ne a nostris heredibus dicti Domini in prelibatis bonis inposterum valeant impulsari, presentem cedulam sigillo meo & Domini *H.* de *Scharphinecke* jussimus communiri. Hujus rei testes sunt *Arnoldus* frater meus & *Emunt* frater meus *H.* jam dictus de *Scharphinecke.* de *Metze*

*) De hoc loco jam supra ad an. 1240.

Dominus *johannes*. Dominus *Widegawe*. *Hartlibus* de *Knoringen*. *Cuno* de *Gotrameſtein*. *H. Duzinheimer* & alii quam plures. Acta ſunt hec Anno gracie Domini M°. CC°. L°.

LXI.

LITTERE SUPER BONIS IN *BEBINGEN* QUONDAM EMPTIS ERGA ABBATEM ET CONVENTUM DE *SUNNESHEIM* QUE *CUNRADUS* DE *STELLA* MONASTERIO NOSTRO COMPARAVIT.

Heinricus humilis Abbas totuſque conventus in *Sunnesheim**) credere ſubnotatis dignum eſſe cenſetur & racione conſentaneum perhibetur ut quorum fidem ac devocionem erga noſtrum monaſterium vigere didicimus indeſinenter eorum indempnitatibus pio mentis affectu omnimodis caveamus. Cum igitur *Cuonradus* dictus de *Stella* & *Heinricus* frater ſuus cives Spirenſes predium in *Bebingen* **) ſitum cum Univerſitate ad dies vite ſue debeant poſſidere ſicut & nos idem conſuevimus poſſidere. Nos neceſſitate evidentiſſima ingruente tanta eciam quod propter victualium defectum clauſtrum noſtrum egredi nos oportebat prelatos *Cunradum* & *H.* fratres inſtanter rogavimus, ut ipſum predium a nobis juſto proprietatis titulo compararent. Inito itaque empcionis

*) In *Elſenzgau*.

**) In ſede *Wiler* ſub *Rippurg*.

nis contractu prelibatum predium cum universis attinentiis & juribus ipsius pro ducentis libris hall. quas nobis in integrum persolutas & in usus necessarios Ecclesie nostre de bonorum virorum consilio esse conversas confitemur, vendidimus absolute, omne jus quod nobis de eodem predio competebat, in eos & heredes eorum perpetuo transferentes & idem possideant in evum titulo proprietatis. Qui tandem consueto pietatis & fidelitatis affectu erga nos & nostrum monasterium ducti talem nobis gratiam voluntarie impenderunt, quod si ab Epiphania Domini proxima ad annum predictas ducentas libras hallens. ipsis commode restituere poterimus prememorata bona cum universitate ad nos libere revertentur ac si nulla in eisdem empcio preceßisset. Salvo nichilominus sepedictis *C.* & *H.* fratribus jure, quod eis ad dies vite eorum in supradicto predio dinoscitur pertinere. Ut autem super hiis in posterum nullus emergere valeat scrupulus dubietatis presentem paginam in testimonium evidencius exinde conscribi fecimus Venerabilis Domini nostri Spirensis electi ac Capituli Majoris Ecclesie ibidem sigillis, quorum eciam in predicto negocio consensus simul & voluntas accesserant, nostri eciam Abbatis & Conventus nostri sigillo sollempniter insignitam. Actum Anno Domini M° CC° quinquagesimo primo. In vigilia beati *Thome* Apostoli. 20. Dec.

LXII.

LXII.

LITTERE SUPER PREDIUM IN *HOHENSTAT.*

Nos *johannes* (a) ac *Symon* (b) fratres comites de *Spanheim* tenore presencium constare volumus universis presentem literam inspecturis, quod *H.* miles dictus de *Gimmenich* & *Guda* uxor ipsius filia *Wolframi* quondam militis de *Lapide* predium quoddam situm in *Hohenstat* *) *superiori* & *inferiori* Spirensis Dyoc. quod idem miles & G. prefata a nobis in feodo tenebant, unanimi consensu vendiderunt Abbati & Conventui *Uterine vallis* Cystere. Ord. Spirensis Dyoc. nostro utpote, ad quos spectabat proprietas predii memorati, accedente per omnia consensu, quo circa Nos omni juri quod habebamus in bonis predictis renunciavimus & renunciamus expresse, vendicionem predictam ratam & gratam habentes. In cujus rei testimonium presentem cedulam nostris nec non predicti *H.* militis sigillis fecimus communiri. Actum Anno Domini M°. CC°. L° I°. mense Majo.

(a) *Johannes* caput lineae starckenburgicae.

(b) *Simon* fundat lineam crucenacensem.

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 299.*

Digitized by Google

LXIII.

LITTERE SUPER CENSU DANDO VICARIO IN *HEILGENSTEIN* PRO TERCIA PARTE DECIME MINUTE IN *METERSHEIM* &c.

Alvolcus Scolaſticus Majoris Eccleſie *H.* Decanus. S. *Germani* Spirenſis. Litigantibus coram Domino *Wernero* Decano Spirenſi judice Ordinario, *Hertvico* perpetuo Vicario in *Heilgenſtein* ex parte una & *Heinrico* Abbate & Conventu *Uterine vallis* ex altera, ſuper tercia parte decime minute de Grangia in *Metersheim*, quam idem perpetuus Vicarius ab Abbate & Conventu prefatis nomine ſue eccleſie petebat & quibusdam jugeribus que Almeinde dicuntur, que Capelle de *Metersheim* attinere dicebat, poſt latam ſententiam diffinitivam ſuper utroque pro perpetuo vicario de *Heiligenſtein* memorato, demum Abbas & Conventus *Uterine vallis* pro ſe & *H.* perpetuus Vicarius de *Heiligenſtein* pro ſe habito ad hoc conſenſu capituli Spirenſis patroni loci in nos ſuper premiſſis arbitros ſub pena viginti marcarum Domino *W.* Decano judice Ordinario medio deputato compromiſerunt. Nos itaque arbiter una cum Domino Decano nobis adjuncto partibus in Eccleſia Spirenſi preſentibus Anno Domini M°. CC . LI°. ſeptimo jdus Novembris *) contencioni finem imponentes conſtituimus Arbitrando ut Abbas & Conventus *Uterine vallis* ſingulis annis in antea pro tercia parte decime minute de Grangia in *Metersheim* perpetuo Vicario in *Heiligenſtein* pro tempore ibidem

*) 7. Nov.

dem existenti decem solidos Spirenses in festo beati *Georij* sine diminucione persolvant. Item de jugeribus que Almeinde dicuntur idem Abbas & Conventus singulis annis in Nativitate beate Virginis quatuor modios siliginis civilis mensure in Granario Capituli Spirensis presentabunt ad usus capelle in *Metersheim* de consilio Decani Spirensis Abbatis *Uterine vallis* & perpetui Vicarii in *Heiligenstein* tunc existencium convertendos. Pro eis eciam que idem Abbas & Conventus de jugeribus prefatis actenus perceperunt, lumen quod in Cappela *Metersheim* singulis noctibus in perpetuum ardeat, procurabunt & Capellam ipsam hac vice uncia tantum in tecmine reparabunt, statuimus eciam ut Abbas & Conventus prefati super tercia parte decime anteposite seu super jugeribus Almeinde dictis nec a vice plebano in *Heiligenstein* nec a Capitulo Spirensi nominatim in antea valeant conveniri, sed pro hiis que pro decima & de jugeribus solvenda statuimus, si in parte vel in toto temporibus suis non fuerint persoluta licite tantum modo conveniantur. Hanc quidem sentenciam arbitrariam sub pena viginti marcarum, quas Abbas & Conventus, si eis non pervenerint sentencie. eccleſie Spirensi & pars altera, si contravenerit, Abbati & Conventui in pena persolvet, statuimus observari. Hec autem ut robor firmitatis in posterum obtineant, presentem paginam sigillis Ven. Patris ac Domini nostri *H.* *) Spirensis electi Diocesani. Domini *B.* Majoris Prepositi Archidiac. Capituli Spirensis patroni loci,

*) *Heinricus* II. e. Comitibus de *Leiningen.*

ei, Abbatis *Uterine vallis*, judicis ordinarii & noſtris arbitrorum mandavimus communiri. Actum apud *Spiram* Anno & die & loco in antea prenotatis.

LXIV.

LITTERE CONTRA INPETICIONEM *HILTEBRANDI* DE *HASELACH* SUPER QUIBUSDAM BONIS IN *METERSHEIM*.

Willhelmus dictus de *Wimpina* Burggravius de *Trivels* *) Notum fieri cupio preſencium inſpectoribus univerſis, quod cum ſuper quibusdam bonis in *Metersheim* ſitis, que quondam fuerunt *Cuonradi* dicti de *Didensheim* Canonici ſancti *Guidonis* in *Spira* inter Dominum *H.* Abbatem *Uterine vallis* & *Hiltebrandum* militem de *Haſelach* lis aliquamdiu foret agitata, dicte partes me tandem judicem elegerunt, mee preſencie ſe preſentantes, cumque mihi de premiſſis dicte cauſe ex ipſius diſcuſſione & parcium aſſercione plenius conſtaret, Abbate nichilominus Priore & Cellerario juramenta preſtantibus, In nomine Domini communicato conſilio ſano ſententialiter dicta bona predicto Abbati & ſuo Monaſterio, ſicut hucuſque multis annis pacifice poſſederunt, perpetualiter adjudicavi poſſidenda abſolvens eundem ab impeticione dicti *Hiltebrandi*, cui ſuper eisdem

*) Caſtellum triplex natura & arte munitiſſimum apud *Anvillam. Anweiler.*

dem bonis silencium duxi imponendum ipso astante & in dictam sentenciam consenciente Abbate de *Vilerio* & Abbate de *Wernivilerio* coram nobis astantibus & *Godeboldo* & aliis quam pluribus in Castro *Trivels* commonentibus, qui omnes hujus rei testes sunt. Et ut hec firma & inconvulsa permaneant, sigilli nostri munimine presens scriptum jussimus eternare. Acta sunt hec Anno gracie Domini M°. CC°. LI°. mense junio.

LXV.

LITTERE DONACIONIS BONORUM *H.* MILITIS DE *SCHARPHENECKE.*

Ego *Heinricus* miles dictus de *Scharphenecke* presentis cedule testimonio notum facio universis tam presentibus quam futuris presentem cedulam inspecturis quod *Hugo* miles de *Offenbach* cognomento dictus *Haveren* quedam bona sita in *Offenbach* *) a me in feodo habuit, que quondam cujusdam militis fuerant, qui *Griez* nominabatur, tandem super hiis bonis habito communi consilio inter me et dictum militem taliter ordinavi, quod feodum illorum bonorum in jurisdiccionem mee potestatis resignavit ac ipsum a jure homagii quo mihi racione dictorum bonorum astrictus fuerat, dimisi liberum & immunem. Hec igitur bona prelibata ego & uxor mea nomine *Godelint*, communicata manu contulimus ecclesie sancte *Marie* Virginis in *Uzerstal*, que Abbas & Conventus prenomi-

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 29.* &c.

nominate Eccleſie a nobis ſuſceperunt, quiete & pacifice in perpetuum poſſidenda. Hujusmodi donacio mediante Domini *johannis* militis de *Metis* rite tractata fuit preſencia, quem omnium bonorum noſtrorum cum judicio ſuſcepimus procuratorem. Ut autem preſens tradicio ſtabilis & inconvulſa permaneat, preſentem cedulam tam noſtro quam ſigillo Domini *johannis* militis de *Metis* decrevimus roborare. Teſtes eciam hujus rei curavimus annotare. *Hageno* de *Veningen. Widegauwe* de *Vriesbach. Hartliep* de *Knoeringen. Otto* de *Ruligesheim. Arnoldus* de *Diddensheim. Cuonradus Rode. Burkardus* de *Vriesbach. Cuno* de *Gotrameſtein* & alii quam plures fide digni. Datum Anno gracie Domini M°. CC°. L°. I°.

LXVI.

LITTERE DONACIONIS OMNIUM BONORUM *THEODERICI* MILITIS DE *UZINGEN* IN *MERLHEIM.*

Omnibus preſencium inſpectoribus *Theodericus* miles dictus de *Uzingen* (a) credere ſubnotatis. Propter labilem hominum memoriam & inſcrutabilem poſterorum aſtuciam preſencium tenore ſingulis conſtare cupio ac univerſis, quod ego una cum uxore mea *Chriſtina* manu & conſenſu communi omnia bona noſtra ſita in *Merlheim* tam

(a) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 356.*

tam in agris quam in pratis, ſilvis ſeu nemoribus bonaque noſtra in *Gotrameſtein* ad Curiam Abbatis de *Hornbaco* pertinencia que jure hereditario poſſidemus, pro remedio animarum noſtrarum & progenitorum ſeu eciam fratrum & ſororum noſtrarum ob reverenciam beate & glorioſe virginis *Marie* Monaſterio *Uterine vallis* Cyſterc. Ord. Spirenſis Dyoc. cum omni jure & utilitate quo eadem bona tenuimus, libere contulimus & abſolute. intendentes in eodem monaſterio in vita noſtra altare in honore beati *Michahelis* conſecrandum, expenſis noſtris inſtituere, librosque, calicem, indumenta ſacerdotalia & alia eidem ad divinum officium pertinencia procurare. Quo altari in vita noſtri utriuſque inſtituto eiuſque attinentiis procuratis, quam cito unum ex nobis decedere continget, Abbas & Conventus *Uterine vallis* de medietate penſionis que nobis in vita conſtitutis ab eodem Monaſterio perſolvitur, cum una meiſa allectiorum & albo pane & vino communi, qne inter fratres diſtribuetur, Anniverſarium defuncti ſeu memoriam in adventu Domini celebrabunt. Poſt obitum vero alterius noſtrum qui ſupervixerit, idem Monaſteriuni pro anniverſario eius Mortui perpetuo celebrando in adventu Domini unam meiſam allectiorum dabit inter fratres diſtribuendam. Altare equidem prenotato, ſi a me & uxore mea utroque in vita conſtitutis non fuerit caſu quocunque impediente inſtitutum, Abbas & Conventus prefati Monaſterii poſt mortem alterius noſtri de medietate penſionis annue nobis viventibus debite altare inſti-

ſtituent, & eidem ad divinum officium pertinen cia procurabunt, nullum anniverſarium celebra turi, niſi & altera perſona decedat, ex tunc autem hoc eſt, poſt mortem amborum anniverſarium & memoriam utriuſque in duabus meiſis allectiorum & uno die albo pane & vino communi perpetuam facient juxta formam ſuperius prenotatam. Ad majorem autem facti noſtri cautelam preſentem tabulam Venerabilis Patris noſtri Domini *H.* *) Spirenſis Electi Imperialis aule Cancellarii & illuſtris Domini Comitis *Geminipontis* & Capituli Majoris eccleſie Spirenſis ſigillis Domino Abbati & Conventui *Uterine vallis* dedimus communitam, ad hoc ut hujusmodi noſtra donacio ſollempniter tam devote quam Canonice facta a quocunque hominum perpetuo non valeat impediri. Ad majus eciam robur teſtes juſſimus ſubſcribi, quorum nomina hec ſunt: *Wilhelmus* miles de *Servelingen. Andreas* miles de *Gotrameſtein. H.* miles de *Nusdorf. Widegawe. Hartlibus* milites de *Scharphinecke. Cuno* de *Gotrameſtein.* Magiſter *Cyminus Frizo* ſcultetus de *Nusdorf. Benzo* ſcultetus de *Merlheim. Meinhardus* clericus de *Uzingen. H.* clericus de *Offinbach* & alii quam plures. Acta ſunt hec Anno gracie Domini. M°. CC°. LIII°.

*) *Heinricus* II.

LXVII.

LITTERE SUPER QUIBUSDAM BONIS EMPTIS ERGA *H.* MILITEM DE *NUSDORF.*

Ego *Hermannus* dictus de *Rieperc* *) omnibus preſens ſcriptum intuentibus ſalutem & credere ſubnotatis. De geſtis hominum grandis emergeret calumpnia, niſi rerum oblivio per eternam ſcripti memoriam auferretur. Veſtre innoteſcat univerſitati, quod *Heinricus* miles nobilis vir dictus de *Nusdorf* & uxor ejus *Margareta* pari conſenſu & communicata manu omnia bona ipſorum ſita in *Merlheim* tam in agris quam in ſilvis ac curiis Domino Abbati & Conventui *Uterine vallis* pro quinquaginta quatuor marcis vendiderunt abſolute & hoc cum noſtra bona voluntate, dictas vero marcas, uti ipſorum decrevit juſſio, plenarie perſolverunt & ne ab ipſorum heredibus in poſterum valeant inpulſari in prelibatis bonis preſentem cedulam ſigillo Domini *H.* Comitis *Gemini pontis*, una cum ſigillo noſtro Domino Abbati & Conventui *Uterine vallis* ſuper hiis dedimus communitam, cum teſtibus ſubnotatis, quorum nomina hec ſunt. *H.* Comes *Gemini pontis.* Ego *Hermannus* dictus de *Ricperc.* *H.* jam dictus & filius ſuus *Gerungus* de *Nusdorf. Theodericus* miles de *Uzingen* frater ſuus *Andreas*, *Cuno* de *Gotrameſtein. Widegowe. Hartlibus* milites in *Scharphinecke. Frizo* Scultetus de *Nusdorf. Benzo* Sculletus in *Merlheim.* Abbas *Ludolfus. Burkardus* Cel-

*) Confer. *Subs. Dipl. T. X. p. 356.*

Cellerarius. *Wernherus* Subprior. *Hunbertus* Magiſter converſorum. *Bert. Goicho Libertus. Theodericus* de *Schiverſtat. Cunradus Sleſtein* & alii quam plures. Acta ſunt hec Anno Domini M°. CC°. LIII°.

LXVIII.

LITTERE SUPER DIMIDIA URNA OLEI IN *GECKELINGEN*, AD INFIRMARIAM MONACHORUM.

Ego *Hertwicus* clingenſis *) Monaſterii Abbas licet indignus ad noticiam univerſorum cupimus pervenire, quod *Heremburc* matrona quedam bona ſita in *Geckelingen* ſcilicet pomerium quod ſitum eſt retro *Fridericum* in alia parte vici qui dicitur *Echibach* Conventui *Uterine vallis* rite & racionabiliter ſine omni heredum contradiccione vendidit, quod utique ex noſtra favorabili permiſſione ſalvis juribus eccleſie noſtre admiſimus ſperantes ſuper beneficiis pie exhibitis a Domino remunerari, ſed prelibatus conventus dicta bona ſcilicet pomerium memorate jam matrone hereditario jure conceſſit perpetuo poſſidenda ſub tali videlicet forma, quod ſingulis annis dimidiam urnam olei in feſto ſancti *Martini* omni occaſione poſtpoſita ad infirmariam Monachorum *Uterine vallenſium* perſonaliter vel per nuncium ſuum deferat perſolvendam, quod ſi ipſa die per incu-

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 294. & 295.*

riam tardior in ſolucione annue penſionis extiterit, ab ipſis bonis ſe noſcat protinus irrevocabiliter alienatam, dicta vero bona ad eccleſiam ſupra memoratam abſque reclamacione aliqua libere & abſolute devolventur. Inſuper ſepe memorata *Herinberg* aliam curiam que dicitur Scoinbergerishof *H.* Sculteto & *Ebelino* in pignus poſuit, quatenus ipſi ad tuicionem pro filio vagabundo ſe caucione fide juſſoria dicto conventui omnimodis obligarent, quod & fideliter promiſerunt, cum autem prefata *Herinburc* viam univerſe carnis intraverit, ſenior ſemper heredum ſuorum ſupradicta bona ſcilicet pomerium annua penſione perſoluta, ſicut ſupradictum eſt, poſſidebit. Cujus rei teſtes ſunt omnes conjurati in *Geckelingen.* Ne autem preſens empcio poſteritate temporis poſſit aboleri, aut in irritum revocari, preſentem cedulam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus fideliter communire. Datum Anno gracie Domini M° CC°, quinquageſimo quarto.

LXIX.

LITTERA SUPER DIMIDIA URNA OLEI AD INFIRMARIAM MONACHORUM.

Ego *Hertwicus* divina providencia Clingenſis Monaſterii Abbas declaracione preſencium univerſis cupimus proteſtari, quod *Cunradus* cognomento *Dutebane* in clingenſi monaſterio reſidens bona ſua ſcilicet *Nunnenhof* ſita in *Gekelin-*

gen

gen *) conventui *Uterine vallis* rite & racionabiliter ſine omni heredum contradiccione vendidit, quod utique favorabilitate benivola ſalvo jure Eccleſie noſtre admiſimus ſperantes ſuper hiis a Domino remunerari. ſed prelibatus conventus dicta bona memorato *C.* hereditario jure conceſſit poſſidenda ſub tali videlicet forma, quod ſingulis annis dimidiam urnam olei in feſto ſancti *Martini* omni occaſione poſtpoſita ad infirmariam monachorum *Uterine vallis* perſonaliter vel per nuncium ſuum deferat perſolvendam. Quod ſi ipſa die per incuriam tardior in exſolucione annue penſionis extiterit, ab ipſis bonis ſe noſcat protinus irrevocabiliter alienatum. dicta vero bona ad eccleſiam ſupra memoratam libere & abſolute devolventur. Inſuper ſepedictus *C.* ad tuicionem pro filio vagabundo caucione fide juſſoria dicto Conventui omnimodis obligavit, quod ſi idem *C.* viam univerſe carnis intraverit, ſenior ſemper heredum ſuorum prefata bona predicta penſione perſoluta poſſidebit. – Cujus empcionis teſtes ſunt omnes conjurati in *Geckelingen.* Ne autem preſens factum poſteritate temporis poſſit aboleri, aut in irritum revocari, preſentem cedulam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus fideliter communire. Datum Anno gracie Domini M°. CC°. L°. IIII°.

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 295.*

LXX.

LITTERE DE BONIS IN *STEINWILRE.*

Eberboldus Canonicus & Portarius (a) Majoris Eccleſie Spirenſis ad Cognicionem Univerſorum Xpi fidelium cupio pervenire preſentibus profitendo, me predium meum apud *Steinwilre* (b) ſitum cum curia & univerſis attinenciis ſuis diligendis in Xpo Abbati ſanctoque Collegio *Uterinevallis* Ordinis Ciſterc. pro certa ſumma pecunie vendidiſſe & omne jus quod mihi competebat racione predictorum bonorum in ipſos transferens coram ſculteto, militibus & ruſticis eadem bona libere reſignavi monachis ab Abbate & Conventu prelibatis ad hoc deſtinatis nomine ſui Monaſterii prenominati predii intrantibus poſſeſſionem. Plenam igitur warandiam ipſis preſtabo a die empcionis ad annum de eisdem bonis omni loco & tempore quandocunque fuerit oportunum. De predictis autem bonis mihi de conſenſu predictorum Abbatis & Conventus unum jugerum & dimidium prati retinebo diebus vite mee duntaxat ipſis poſt obitum meum redeuntibus ſine qualibet contradiccione ad Monaſterium prenotatum. Ut autem ſuper hujus vendicionis contractu nullus in poſte-

(a) Officium monaſticum & Collegiorum Canonicorum in communi viventium. Qui portae monaſterii ſive Collegii curam habet. in Metropolitana Moguntina a Praepoſito adhuc confertur vicaria janitoris ſive portenaria. *Chrodegangus in regula Canonicorum cap. 12.*

(b) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 297.*

posterum valeat vacillare, meo sigillo presentibus ad Majorem firmitatem appenso petivi a Capitulo Spirensi, cujus eciam consensus huic vendicioni accesit ut ad evidencius testimonium celebrati contractus sigillum suum appenderet huic scripto. Actum Anno Domini M°. CC°. LIIII°. XIII. Kal. Aprilis. 20. Mart.

LXXI.

LITTERE SUPER BONIS EMPTIS ERGA *HUGONEM* DE *GEIGENHEIM* IN *OFFENBACH.*

Ego *Hermannus* de *Riethberc**) notum facio Xpi fidelibus universis, quod Venerabiles Abbas & Conventus Monasterii *Uterine vallis* bona quedam in *Offenbach* pro *Hugone* de *Geigenheim* comparavit, in quibus bonis ne dicti Abbas & Conventus dampnum vel impedimentum aliquod ex parte predicti *H.* vel heredum suorum sustineant in futurum, ad tollendum impedimentum talle vel eciam dampnum ejusmodi refundendum, fidejussione me obligo per presentes. Et ut predictam fidejussionem tam ego quam heredes mei inviolabilem imposterum observemus, alios quatuor fidejussores videlicet Dominum *Antonium* de *Kirwilre* militem, *Heinricum Snidelauch*, *Diemarum* de *Schiverstat* milites & *Waltherum* dictum *Bletz* de *Dandestat* pro me & heredibus meis constituo, qui more fidejussorum super dampnum meum de

 dampno

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 356.*

dampno vel impedimento bonorum predictorum tenebuntur cum ammoniti fuerint prefato conventui reſpondere. Teſtes horum ſunt Ego & predicti quatuor fidejuſſores, inſuper *Ulricus Cluppbel*, *Cunradus* de *Stella* cives Spirenſes. *H. Cluppbel* procurator meus. In hujus rei perpetuam caucionem ſepefato Abbati & Conventui preſentem litteram mei ſigilli munimine roboro & confirmo. Acta ſunt autem Anno Domini M°. CC°. LV°.

LXXII.

LITTERE COMPROMISSIONIS IN ARBITROS SUPER *HEINGEREIDE.*

Omnibus praeſentem litteram inſpecturis frater *Ludolfus* dictus Abbas & Conventus *Uterine vallis* & Univerſitas eorum qui Heingereide *) dicuntur de *Gotrameſtein* ſalutem in Domino. Univerſitatem veſtram ſcire volumus, quod orta inter nos controverſia ſuper jure & libera communione Communis ſilve que Almende dicitur fundo monaſterii *Uterine vallis* adjacenti ut ſine ſtrepitu judicii lis eadem ſopiretur in Dominum *Wolframum* de *Lewenſtein*, *Antonium* de *Kirwilre*, *Waltherum Snitelin* de *Keſtenburc*, *Witegonem* de *Scharphenecke*, *Heinricum* de *Otterbach* milites tanquam in arbitros ſub periculo cauſe duximus compromittendum, accedente ad hoc conſenſu & authoritate

*) Qui conſtituunt judicium foreſtale.

ritate Venerabilis patris & Domini *H.* Spirenſis Electi & nobilis viri *Adolfi* comitis de *Waldecke* tunc judicis provincialis, ita quod ei pareatur arbitrio in quo tres arbitrorum vel omnes duxerint concordandum. In cujus compromiſſi teſtimonium & robur preſentem literam ſigillis predictorum videlicet Venerabilis Domini *H.* electi ſpirenſis & judicis provincialis *Adolfi* comitis de *Waldecke* petivimus roborari. Acta ſunt hec autem Anno Domini M°. CC°. L°. VI°.

LXXIII.

LITTERA SUPER SENTENCIA DATA CONTRA RUSTICOS.

In nomine Domini Amen. Quia plurima conſuevit oblivio vel antiquitas abolere, que literarum teſtimonio futurorum memorie non traduntur. Nos *Wolframus* de *Lewenſtein*, *Antonius* de *Kirwilre*, *Walterus Snitelin* de *Keſtenburg*, *Witego* de *Scharpfenecke*, *H.* de *Otterbach* milites auctoritate compromiſſi in Nos facti per Venerabilem *Ludolphum* Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ex una parte & ruſticos de *Gotrameſtein* & eorum complices qui Heingereide dicuntur ex parte altera ſuper communi ſilva fundo monaſterii *Uterine vallis* adjacenti, que Almende nominatur, de qua fuit contencio ſub pena periculi cauſe vallata; diſquiſito diligenter tam per privilegia quam per teſtimonia de jure partis utriuſque matura

tura deliberacione prehabita arbitrando pronunciamus & pronunciando juxta debitum juramenti noſtri dicto Abbati & Monaſterio *Uterine vallis* jus & liberam communionem ad omnem ſui utilitatem cum ruſticis prelibatis in predicta ſilva communi, de qua fuit contencio adjudicamus, prefatis ruſticis & hiis qui Heingereide dicuntur perpetuum ſilencium imponentes. & quod hec apud *Lutramersvorſt* Anno M°. CC°. L°. VI°. in preſencia Dyoceſani Venerabilis Domini *H.* *) electi ſpirenſis & judice provincie in ipſo provinciali judicio ſic ſunt acta preſentem litteram munivimus teſtibus ſubnotatis qui preſentes erant, quorum nomina ſunt hec: *Emecho* comes de *Liningen. H. irſutus* comes. *Emicho* pincerna de *Elbeſtein. H.* de *Scharpfenecke. johannes* de *Metis. johannes* de *Franckenſtein* & filius ſuus *johannes. Cuno* miles de *Otterbach Cuno* & *Andreas* milites. *Trutwinus Welph. Cunradus Unbeſcheiden. H Duſchelen* ruſtici de *Gotrameſtein. C.* dictus advocatus de *Albrechswilre* & alii quam plures. Et ne qua parcium predictarum huic noſtro arbitrio contra ire preſumat & ſi preſumpſerit, penam predictam videlicet cauſe periculum non evadat. preſentem literam ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Nos tres vero *Waltherus*, *Witego* & *H.* milites quia propria ſigilla non habemus, ſigillo Venerabilis patris & Domini *H.* ſpirenſis electi uſi ſumus.

*) *Henrici* II.

LXXIV.

LXXIV.

LITTERE DOMINI *HEINRICI* SPIRENSIS ELECTI SUPER CONFIRMACIONE SENTENTIE PRESCRIPTE CONTRA RUSTICOS.

Heinricus Dei gracia Spirenſis Electus Imperialis aule Cancellarius univerſis Xpi fidelibus ſalutem in Domino & veritatis teſtimonium acceptare. Cum ex officii noſtri debito Eccleſiis & Eccleſiaſticis perſonis & precipue religioſis aperire viſcera miſericordie debeamus, juſtum eſt ut hoc ſolo intuitu eterne beatitudinis exequamur & juſte ac racionabiliter ordinata in quantum poſſumus ſigillorum & literarum teſtimonio Confirmemus. Qua propter notum eſſe volumus preſentibus & futuris, quod Controverſia exorta inter Venerabiles *Ludolfum* Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ex una parte & ruſticos de *Gotrameſtein* & *Nuzdorf**) & eorum Complices qui vulgari nomine Heingereide appellantur, ex altera parte pro quadam ſilva communi que Almende vulgariter nominantur, in qua ſilva dictus Abbas & Conventus dicebant ex tenore privilegiorum ſuorum & ex beneficio debite preſcriptionis videlicet centum annorum & amplius communionem & plenum uſuarium ſe habere. quod utique negantes ruſtici prelibati eosdem propter idem uſuarium communis ſilve multis dampnis, moleſtiis & injuriis affecerunt, quas injurias dicti Abbas & Conventus ferre penitus non valentes Advocato illuſtris

*) De utroque loco vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 298.*

ſtris Domini *Wilhelmi* Regis in provinciali judicio conquerendo monſtrarunt ruſticis aſtantibus & eorum complicibus, qui cauſam ſuam prout poterant, defendebant. Demum in Arbitros hinc inde a partibus conventum eſt, ex parte Abbatis & Conventus in *Antonium* de *Kirwilre* & *Waltherum* de *Keſtenburc* milites, ex parte ruſticorum & eorum qui Heingereide dicuntur in *H.* de *Otterbach* & *Witegonem* de *Scharphenecken* milites, Domino *Wolframo* de *Lewenſtein* pro quinto communiter denominato, ita quod ſub periculo cauſe ei pareatur arbitrio, in quo tres arbitrorum vel omnes duxerint concordandum. Tandem hii quinque ſunt pro dicta cauſa ad ſecundum diem provincialis placiti apud *Lutramersvorſt* venientes in preſencia noſtra & omnium qui ad eundem diem convenerant, privilegia prefati monaſterii videntes & de verbo ad Verbum conſtruere plenius audientes, habito inter ſe conſilio tercium diem in villa *Albrethswilre* prefixerunt, ubi ipſi quinque cum Abbate & Conventu & predictis ruſticis convenirent ad experienda melius jura parcium utrarumque. Ibique Abbate & Conventu *Uterine vallis* & illis quos prefati ruſtici de ſingulis villis juris ipſorum elegerant cum quinque memoratis viris in ſimul aggregatis rurſum ijdem quinque diligenter hinc inde auditis partibus, itemque viſis & auditis privilegiis monaſterii prelibati, omnes quinque ſimul in predicto negocio, voto tam unanimi concordarunt, quod nichil erat, quod de cetero poſſet ipſorum conſcientiis vel juri juran-

jurando quod pro pace provincie fecerant, aliquod dubietatis ſcrupulum generare. Deinde Abbatem & Conventum & illos qui pro parte ruſticorum convenerant, convocantes, quartum diem placiti provincialis utriſque partibus indixerunt, ut ibi utriſque partibus ſecundum quod promiſerant ſub jure jurando ſuam juſticiam indicarent. Ad quem diem feriam ſcilicet ſecundam proximam poſt feſtum *Mathie* Anno Domini M°. CC°. L°. VI°. *Lutramesvorſt* cum Advocato provincie nobis accedentibus milites prefati in quos exſtitit compromiſſum juxta debitum juramenti ſui unanimiter arbitrando pronunciaverunt, quod ſecundum tenorem privilegiorum prelibato Monaſterio indultorum a fundatoribus eiusdem Monaſterii videlicet *Rabodone* pie memorie Spirenſi Epiſcopo predeceſſore noſtro & fratribus ſuis *Hartmanno* Comite de *Lobdeburc* & *Otdone* Comite de *Alrebeim* & a *Friderico* glorioſo Romanorum Imperatore & *Heinrico* glorioſo Romanorum Imperatore & *Heinrico* illuſtri Romanorum Rege ſepefati Abbatis & Conventus in ſilva communi fundo prefati monaſterii adjacenti, de qua fuit contencio ad omnem ſui utilitatem ſicut & ruſtici de jure liberam habere debeant communionem ita ſane quod ſi quando propter extraneos ſeu vaſtatores unio aliqua qualiſcunque vel cuſtodia fuerit facienda de conſenſu parcium utrarumque tam Abbatis quam ruſticorum fiat. Nos vero prefatum arbitrium ratum & gratum habentes auctoritate noſtra confirmamus. Et quia hec omnia coram nobis Dyoceſano & Advocato Provincie &

Pro-

Provincialibus ſic ſunt pronunciata, ut robur perpetuum obtineant in futurum, ſigillo noſtro & ſigillo Advocati provincie *Adolfi* nomine Comitis de *Waldecke* & ſigillo fratris noſtri *Emerchonis* dicti Comitis de *Liningen* & ſigillo Burgenſium Civitatis Spirenſis, cujus conſules & jurati intererant & ſigillo nobilis viri *Hermanni* dicti de *Rietberc* & ſigillo *H.* de *Scharphenecke* & ſigillis arbitrorum Domini *Wolframi* de *Lewenſtein* & *Antonii* militis de *Kyrwilre* aliis arbitris ſigilla non habentibus in formam ſigilli noſtri conſencientibus preſentes littere ſunt ſignate. Teſtes horum ſunt omnes quorum ſigilla preſenti littere ſunt appenſa & *H.* Comes *Irſutus*, Dominus *Stephanus* Prepoſitus de ſancto *Arluano*, Nobiles viri *johannes* de *Vrankenſtein* & filius ſuus *johannes*. *Emircho* Pincerna de *Elbeſtein*, *Waltherus* dictus *Snitelin* miles de *Keſtenburc*. *H.* & *Cuno* frater ſuus milites de *Otterbach*. *Witego* miles. *H.* miles de *Altengazzen*. *C* miles de *Altdorf*. *Theodricus* & frater ſuus *Marquardus* milites de *Utzingen*, *Hugo* miles cognomine *Havenere*, *Eberhardus* miles de *Mulnbuſen*, *Andreas* & *Cuno* milites de *Gotrameſtein*, *Fridericus Vheſcho* conſul civium Spirenſium, *Cuno* in porta, *Sigelo Kalhart*, *Bertoldus Smaltz* cives & *Buſchelinus* predicte Notarius civitatis. *H.* dictus *Cluphel*. *Engelfridus* procurator & *jacobus* frater ejus & alii quam plures. Acta ſunt autem hec Anno Domini M°. CC°. L°. VI.

LXXV.

Digitized by Google

LXXV.

LITTERE SUPER BONIS IN *ALTHEIM* EMPTIS ERGA *C.* DE *STEINACH.*

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. Suſpecta videtur omnis veritas que non viva voce vel litterarum munimine ſtabilitur. hinc eſt quod ego *Cunradus* de *Steinach* dictus *Rint* omnibus Xpi fidelibus tam preſentibus quam futuris per preſencium atteſtacionem publicum perhibeo teſtimonium quod me conſenciente *Elizabeth* mater mea & ſorores ſue *Suſanna* de *Racendorf* & *juntha* de *Magenheim*, conſenciente eciam *C.* filio ejusdem *junthe* mutuum & voluntarium adhibuerunt conſenſum fratri ſuo *Hermanno* de *Riepperg* ſuper vendicione quorundam bonorum ſitorum in *Altheim* *) apud *Offenbach*, que ad eas jure proprietatis pertinebant, facta clauſtro *Vallis uterine* pro quadam ſumma pecunie videlicet ſeptingentis libris hall. eidem clauſtro cum omni jure & integritate percipiendorum. Ne autem propter temporum longitudinem huic facto alicujus impedimenti vel corrupcionis occaſio valeat ſuboriri preſens ſcriptum ſuper hoc confectum prefato Clauſtro meo ſigillo tradidi communitum. Perhibeo inſuper ſimil modo teſtimonium quod ego *C.* & *E.* mater mea & *juntha* ſoror ejus ſimul fuimus *Spire*, quando dictis bonis renunciavimus apud Domum fratrum Minorum, preſentibus *Burkhardo* celle-

rario

*) Vid. *Subs. Dipl. T. V. p. 294.*

rario clauſtri preſcripti & fratre *Helevico* qui dicta bona de manibus noſtris ſuſceperunt. prefatus autem *C.* filius *junthe* mee matertere ſuper Caſtro *Riepperg* eisdem bonis renunciando ea in manus Domini *Ludolfi* Abbatis antedicti Clauſtri reſignavit, preſente *Hermanno* de *Riepperg* preſcripto, qui eciam noſtre preſens fuit renunciacioni. Acta ſunt hec Anno Domini M°. CC°. LVI°. Menſe Februario.

LXXVI.

EBERHARDI EPISCOPI WORMACIENSIS SUPER DUAS LIBRAS HALL. DE BONIS IN *ABENHEIM.*

Eberhardus *) Dei gracia Wormacienſis Electus univerſis Xpi fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem & vitam eternam. Conſtitutis in noſtra preſencia Venerabili patre Domino *Stephano* Abbate *Uterine vallis* Spirenſis Dyoceſis & *Volzone* Canonico Nuhuſenſi fratreque ſuo *Friderico* puberibus filiis videlicet *Emerchonis* civis Wormacienſis, eidem *V.* & *F.* fratres poſſeſſiones quasdam XXX videlicet jugera campeſtria & ſeptem & dimidium vinearum in villa *Abenheim* **) ſitas, quas ipſe *Emercho* pater eorum pro *Emerchone* filio quondam *Reimari* civis Wormacienſis poſt mortem prime & ſecunde uxoris ſue *Ger-*

*) e Comitibus *irſutis.*

**) in dem Wormſgau haud procul ab *Hernsheim.*

Gerdrudis videlicet & *Hildeburgis* comparaverat in manus ipſius Abbatis vice Monaſterii jam dicti reſignantes ipſi Monaſterio cum omni jure ſuo contulerunt ipſo Abbate fratribus eisdem & heredibus eorum bona ipſa de conſenſu monaſterij ſui ſub annuo cenſu duarum librarum hallens: jure hereditario reconcedente, quas dictus *E.* pater eorum ipſi monaſterio reliquit in ultima voluntate ſingulis annis de eisdem bonis in anniverſario ſuo perſolvendas & in pitanciam fratrum convertendas. prefatus quoque *E.* teſtator jam dicta bona prenominatis filijs ſuis *volzoni* & *Friderico* pre alijs pueris ſuis contulit volens & ordinans in ultima ſua voluntate, ut alter eorum alteri in eisdem ſuccedat poſt mortem quoque amborum ad unum tantum heredem proximum, & ſeniorem continua ſucceſſione devolvantur, qui cenſum prefatum ſingulis annis ſicut anteceſſores ſui ſine omni contradiccione perſolvet. ſalvo nichilominus in omnibus jure dominij Monaſtario memorato & ne aliquo modo ipſum monaſterium in cenſu ipſo fraudari poſſet aut impediri voluit idem teſtator ipſa bona tam apud fratres ſepedictos quam apud eorum ſucceſſores ſemper integra & indiviſa permaneant. Ut autem premiſſa omnia robur obtineant, preſentes litteras ſigilli noſtri munimine duximus roborandas. Facta autem ſunt hec coram nobis *Wormacie*, preſentibus fratre *Ulrico* Lectore & fratre *Richero* de ordine Predicatorum. *Heinrico cypura.* *Heinrico Holtmunt*, *Wernhero Hellecraphe* & *johanne longo* civibus Wor-

macienſibus teſtibus ad hec vocatis. Anno Domini M°CC°L°VIII. XIII. Kalend. junij.

20. Maji.

LXXVII.

LITTERE DONACIONIS BONORUM IN *OFFINBACH* ET IN *STEINWILRE* EX PARTE *HUGONIS* MILITIS DE *HAVERNE.*

Heinricus Dei gracia ſpirenſis Epiſcopus Univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Tenore preſencium notum facimus univerſis, quod *Hugo* miles dictus *Heverne* *) & *Petriſſa* uxor ſua legittima Zelo divini pnevmatis inflammati omnia bona ſua in villa *Offenbach* & in villa *ſteinwilre* ob honorem glorioſe virginis & remedium animarum ſuarum Venerabilibus Abbati & Conventui Monaſterij *Uterine vallis* in elemoſinam tali pacto interpoſito contulerunt, quod de bonis in *Offenbach* ſex meiſe allectium, de bonis in *ſteinwilre* due ſubſcriptis conventibus annis ſingulis a procuratoribus *Uterine Vallis* perpetuo preſententur, videlicet ipſi Conventui *Uterine Vallis* tres, Minoribus fratribus in *Spira* unam, Minoribus fratribus in *Wizenburc* unam, Monialibus *Pontis ſalutis* unam, Monialibus ſancti *Lamperti* **) unam, ſororibus in *kanſkirchen* unam. ſtatuerunt preterea predictus, *Hugo*

*) vid. *ſubs. Dipl. T. X. p. 291.*

**) De hoc monaſterio vid. *ſubs. Dipl. T. X. p. 314.*

go *Haverne* & uxor ſua *Petriſſa*, quod quandocunque Conventus *Uterine vallis* cuilibet Conventuum predictorum pro ſua Meiſa certum cenſum valentem decem ſolidos denariorum ſpirenſium in Civitate ſpirenſi vel alibi in eadem Dyoceſi aſſignaret, deinceps ab eorum impeticione quieti & liberi permanerent & nichilominus hoc ſtatutum acceptare quilibet horum quinque conventuum teneretur. Adjecto quod quicunque Conventus ex predictis quinque cenſum ſuum vendiderit, quoquo modo, mox ijdem cenſus redeant ad priſtinos Uterinarum Vallium poſſeſſores. Ne autem hoc factum alicui vertatur in dubium aut in irritum revocetur, ad peticionem parcinm utrarumque preſentem paginam in teſtimonium & confirmacionem noſtri ſigilli munimine roboramus. Ego *Hugo* miles dictus *Haverne* & *Petriſſa* uxor mea legittima conferimus omnia bona noſtra in *Offenbach* & in *ſteinwilre* Abbati & Conventui *Uterine Vallis* in elemoſinam juxta omnem formam ſuperius prenotatam & tenore preſencium renunciamus omni proprietati, juri & proventibus eorundem & quia ſigillum proprium non habemus, in formam ſigilli Venerabilis patris Domini *H.* ſpirenſis Epiſcopi conſentimus. Datum Anno Domini M°.CC°.LX°.

LXXVIII.

LITTERE SUPER BONIS EMPTIS ERGA HEREDES *GROFFONIS* CIVIS SPIRENSIS.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego *Heinricus* miles de *Nuzdorf* & ego *Volzo* filius *Grofonis* civis spirensis quatuor orphanis *Merzonis* de *Hedewiga* quondam uxore sua creatis, duobus filijs, videlicet & duabus filiabus ex procuracione ab ipsorum parentibus nobis commissa provide providere de consensu & bona voluntate ipsorum vendidimus Domino Abbati & Conventui *Uterine Vallis* porcionem suorum bonorum sitorum in villa *Alteim*, quorum sexta pars de obitu *Groffonis* avi dictorum puerorum cessit pueris prenotatis & septem marcas & mediam inde provenientes cum alia pecunia ipsorum Monasterio sancti *Lamperti* *) spirens. Dyoc. Ordinis fratrum Predicatorum, ubi una filiarum recepta est in monacham & sororem duximus convertendas. Ut autem bonorum hujusmodi vendicio rata permaneat, hos testes a judice spirensi nobis petivimus adhiberi, qui & eos adhibuit ex officio sui juris secundum jura Civitatis spirensis & consuetudines approbatas, *Gotzonem* & *Cunradum* de *Columba* civium Magistros. *Gotzonem* de *Haselach*. *H.* an der *Ecke*. *Merkelinum Lambesbuch*. *figulonem pullum*. *Bermannum*. *Hartmudum*. *H.* fratrem *Gotzonis*. *Gotschalcum* & *Gotschalcum* consules civitatis. *Wernherum* & *Gotschalcum* fratres & quam plu-

*) vid. charta praecedens.

plures alios fide dignos, quorum omnium consilio & consensu presens littera scripta est & sigillum civitatis in signum evidens est appensum. Datum in clausstro spirensi Anno Domini M°. CC°. LX°. In die sanctarum Undecim milium virginum.

21. Oct.

LXXIX.

LITTERE SUPER BONIS EMTIS ERGA CONVENTUM SANCTI *LAMPERTI* EX PARTE HEREDUM *GROFFONIS*.

Ego soror *sapiencia* dicta Priorissa totusque conventus Ecclesie sancti L*amperti* Universis Xpi fidelibus presentis scripti tenore duximus dilucide protestandum, quod nos omnia bona nostra in *Altheim* sita, que videlicet ad Ecclesiam nostram ex parte sororis nostre *Iden* filie *Volmari* dicti *Grofo* nec non & ex parte sororis nostre *Agnetis* filie Domine *Agnetis* prefati *V.* filie fuerant devoluta, Ecclesie beate virginis *Marie* in *Uterina Valle* pro quindecim marcis Argenti vendidimus simpliciter & precise ab impeticione qualibet libere & quiete in perpetuum possidenda. Ne autem in predictum *Uterine Vallis* Cenobium a quocunque hominum possit aut debeat in posterum aliqua calumpnia suboriri, presentem cedulam ipsi cenobio contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum Anno Domini M°.CC°.LX°.

LXXX.

LITTERE SUPER BONIS IN *OFFENBACH* ET IN *ALTHEIM* REEMTIS ERGA DOMINUM ABBATEM WIZENBURGENSEM.

Fridericus Dei gracia Wizenburgenſis Abbas totusque Conventus ibidem omnibus in perpetuum. Noverint Univerſi preſencium inſpectores, quod cum Abbas & Conventus *Uterine Vallis* quoddam predium in villa *Altheim* ſitum pro nobili viro *Hermanno* de *Riethberc* emcionis titulo comparaſſent & idem predium nobis eſſet ante empcionem hujusmodi ipſis ignorantibus in quinquaginta marcis obligatum, quas Pater predicti nobilis a predeceſſore noſtro beate memorie *Wolframo* Abbate fuerat conſecutus, quarum occaſione predium ſuum in *Altheim* eidem reſignaverat & id ipſum ab eo receperat nomine feodi poſſidendum, poſt obitum utrorumque patris ſcilicet & filij nobis ſuper hac pecunia predictos Abbatem & Conventum *Uterine Vallis* impetentibus eandem pecuniam nobis ad integrum pro noſtro beneplacito refuderunt. Nos vero pecuniam eandem iterato contulimus viro nobili *Friderico* de *Vrankenſtein*, qui de conſenſu coheredum ſuorum pro ipſa in reſtaurum precedencium prediorum in *Altheim* in noſtro judicio conſtitutus in preſencia plurimorum de conventu noſtro & miniſterialibus noſtris & ſecundaria vice preſentibus *Edelino* Decano noſtro & *Wernhero* Prepoſito de quatuor turribus *) & *Ulrico* Camerario rite & racionabiliter

no-

nobis reſignavit bona ſua in *Alesheim* & a nobis denuo recepit nomine feodi poſſidenda ita ſane, quod ſi eadem bona in *Alesheim* ſibi hereditaria ſorte non ceſſerint, in reſtaurum eorum offerre nobis aliud ſufficiens predium non differrent. Inſuper ſi que littere fuerunt ſuper hijs a ſepedictis nobilibus de *Rietbberc* collate, nullum a data preſencium robur habeant firmitatis. Ne vero hoc factum alicui vertatur in dubium aut revocetur in irritum, preſentem paginam Abbati & Conventui *Uterine vallis* ſigilli noſtri & Conventus noſtri munimine conferimus roboratam. Actum Anno Domini M°.CC°.LXI°. in craſtino Innocentum.

29. Dec.

*) *Adolfus Naſſovius* Imp. centum & viginti marcas argenti ſuper advocatiam quinque villarum videlicet *Schweigen*, *Montem ad quatuor turres* (ubi caſtellum S. *Pantaleonis* erat), *Wilre* & S. *Germani* apud *Wiſſenburg* ac *Mulhuſen* apud *Bullinckeim* in dotalitium ſeu in donatioem propter nuptias *Rudolfi* de *Fleckenſtein* uxori aſſignari permiſit an. MCCXCII. *Schöpfflini Alſat. illuſtr. T. 2. p. 247.*

LXXXI.

LITTERE ABSOLUCIONIS CENSUS DUCENTORUM LX. CASEORUM, QUOS SINGULIS ANNIS DABAMUS DE AGRO QUODAM IN *EMTERSHEIM.*

Ego *Symon* de *Schowenberc* preſencium tenore ſingulis conſtare volo ac univerſis, quod *Sigulo* miles filius capitis de *Meiſterſele* *) CCLX. caſeos annuatim ſolvendos de quodam agro apud *Metersheim* ſito, quem agrum a me in feddo tenuit, vendidit Abbati & Conventui *Uterine vallis* libere & abſolute, quod de permiſſione mea & conſenſu factum eſt, juri enim meo videlicet juri proprietatis quod in eodem agro habui, renunciavi, illudque eidem Abbati & Conventui *Uterine vallis* abſolute aſſignavi. Maxime cum prefatus *Sigulo nullam* **) recompenſam mihi de hoc per hubam unam in *Veningen* ſitam feciſſet. In cujus robur preſentem cedulam ſigillo meo dedi ſignatam. Teſtes ſunt *C.* Prepoſitus. *S.* Decanus Majoris Eccleſie. *C.* ſancti *Widolns* prepoſitus, *H.* de *Riperc*, *A.* de *Agelersrhein.* Datum anno Domini M°.CC°. XXXVII°. Kal. Martij.***) Procedente vero tempore cum de huba in recompenſam aſſignata nichil juris conſequerer & ſuper agro memorato in *Meters-*

*) *Heinricus* de *Meiſterſele* jam occurit an. 1186. vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 354.*

**) videtur deleri debere & poni *miles.*

***) 1. Mart.

tersheim Abbatem & Conventum *Uterine Vallis* impeterem, Ego & *Anna* uxor mea legitima communicata manu renunciavimus propter Deum & ſalutem anime noſtre, omni actioni que nobis & heredibus noſtris in predicto agro competere videbatur, ita quod, quidquid querele vel actionis eſſemus impoſterum habituri, nullatenus ſuper agrum in *Metersheim* vel Abbatem & Conventum ſed ſuper hubam in recompenſam aſſignatam ſitam in *Veningen* & ſuper heredes *Sigulonis* militis haberemus. Teſtes hujus ſecundarie renunciacionis & ordinacionis ſunt *Adelvolcus* Decanus Majoris Eccleſie ſpirenſis, *Veluwo* Decanus ſancti *Germani* Magiſter *H.* Canonicus ſancti *Germani*, *Gotſchalcus*, *Hartmudus*, *Elbewinus* niger, *Trutwinus*. Datum & Actum Anno Domini M°.CC°. LXXII°. in menſe octobri.

LXXXII.

LITTERE SUPER MONIALES IN *KANSKIRCHEN* ET SUPER TRES AMAS VINI AD CUSTODIAM.

Univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, frater *Fridericus* humilis Abbas in *Villerio* Cyſterc. Ord. Metenſis Dyoc. viſitator monaſterii *Uterine vallis* ejusdem ordinis Spirenſis Dyoc. ſalutem & oracionum ſuffragium ſalutare. Licet lex non ſolum xpiana ſed eciam gentilis paci & concordie intendere ſtudeat, precipue tamen religio-

ligioſorum vîrorum intereſt omni ſtudio diſcordiis ſopitis ea ordinare que ad pacem ſunt & ſaluti proficiunt animarum. Ad noticiam igitur univerſorum tam preſencium quam futurorum cupimus pervenire, quod videlicet Anno ab Incarnacione Domìni M°. CC°. XXII°. frater *Wernherus* de *Kanskirche* *) Spirens. Dyoc. omnem poſſeſſionem ſuam quam jure proprietatis vel hereditatis in agris, vîneis, pratis & domibus ſeu rebus quibuscunque poſſidebat, per manus Domini *Heinrici* de *Scharpheneckе* & Venerabilis Domini *Martini* Abbatis Monaſterii *Uterine vallis* eidem eccleſie aſſignavit, predictus vero Abbas pro cenſu annuo duarum amarum vini melioris quod in predictis vîneis creverit & inſuper unius ame ex teſtamento cujusdam religioſe ibidem femine ſuperaddite cuſtodi prefati monaſterii *Uterine vallis* annis ſingulis perſolvende eandem poſſeſſionem ſanctimonialibus ejusdem loci manu propria reſignavit in perpetuum poſſidendam, ea nichilominus interpoſita pactione, quod dicte moniales in poſſeſſionibus prelibatis ſeu univerſis agendis ſuis nichil unquam ſine dictorum Abbatis & ejus ſucceſſorum conſilio preſumerent & conſenſu, quibus in ſuo robore per annos quadraginta rite perdurantibus nitebantur eedem ſanctimoniales contra indulta ſedis Apoſtolice ordini cyſtercienſi conceſſa & contra ſpeciale jus, quod iidem Abbas & Conventus in eodem loco uſque ad tempus illud habuerant, habitum & regulam

*) Ibi cluſa profeſſarum *Subs. Dipl. T. X. p. 305.*

gulam recipere ordinis ſancte *Marie Magdalene* & ibidem ordinare conventum. Quapropter exorta diſceptacione & lite inter venerabiles viros *Stephanum* Abbatem & Conventum Monaſterii *Uterine vallis* memorati ex parte una & *Adelheidim Bertham* & alias mulieres religioſas in predicto loco *Kanskirchen* ex altera, nos partes noſtras ſuper bono pacis interpoſuimus de conſenſu partis utriuſque taliter ordinantes quod dicte mulieres ſub habitu quem nunc habent, perpetuo permanebunt, ita quod numerus earum decem perſonarum numerum nunc & in poſterum non excedet, una ex eis Magiſtre nomine fungente & non Prioriſſe & in omnibus que ad Spiritualia pertinent, ſuberunt Abbati & Conventui *Uterine vallis* predictis eorumque ſucceſſoribus in evum omne nullum requirentes confeſſorem vel adeuntes preter illum ſolum, quem Abbas *Uterine vallis* qui pro tempore fuerit, ipſis duxerit preficiendum & ut tactum eſt tam in viſitacione, correctione quam confeſſione & aliis omnibus que ad Spiritualia pertinent, ad ipſum ſolum Abbatem habentes reſpectum ſine ipſius conſenſu nullam feminam recipientes, neque de bonis que nunc poſſident vel impoſterum habere poterunt nichil commutantes, alienantes vel aliquo modo diſtrahentes, vinumque videlicet duas amas de bonis *Wernheri* juxta priorum continenciam litterarum & inſuper unam ex teſtamento prehabito cuſtodi dicti monaſterii annis ſingulis perſolvent ceſſante quolibet impedimento. ſi autem dicte mulieres alique

vel

vel aliqua ex eis decreverit devocionis cauſa ad aliquem ſe transferre locum religioſum, predictus Dominus Abbas vel ejus ſucceſſor eisdem vel eidem humiliter petentibus licenciam tranſeundi preſtabit ſine qualibet difficultate, dummodo idem locus diſtet ad unam leucam vel amplius a monaſteriis vel grangiis ordinis cyſterc. Ipſe vero mulieres ſi in aliquo contra noſtre ordinacionis formam prehabitam vel earum ſequaces venire preſumpſerint, ab omni jure quod habent in dicto loco *Kanskirchen* cadent. eodem loco cum omnibus bonis que in preſencicarum poſſident, revertente ad ipſos Abbatem & Conventum tantum modo aliiſque ex nunc & in futurum quocunque modo bonis conquiſitis ad venerabilem Patrem ac Dominum *H.* Spirenſem Epiſcopum ac ſucceſſores, quicunque pro tempore fuerint, atque ad predictos Abbatem & Conventum *Uterinc vallis* libere revertentibus communiter poſſidendis & uſu fruendis. In cujus ordinacionis certam evidenciam, robur & memoriam preſentes littere petentibus partibus Venerabilis in Xpo patris ac Domini *H.* Epiſcopi & Capituli Spirenſis noſtro ipſius Abbatis *Uterine vallis* & *johannis* militis *Metenſis* ſigillis ſollempniter ſunt munite. Actum apud *Uterinam vallem* preſentibus & in hoc conſencientibus predictis Abbate *Uterine vallis* pro ſe & ſuo Conventu & *Adelheide* & *Bertha*, pro ſe & ſuis ſororibus de *Kanskirchen* in preſencia teſtium ad hoc rogatorum & vocatorum. *Bruningi* Prioris. *Anshelmi* ſupprioris. *Theoderici* cellerarii monachorum *Uterine vallis*. *johannis* dicti *Meterſis*.

Cuon-

Cuonradi dicti *Wolvere* de *Gotrameſtein. Heinrici* de *Nuzdorf* & *Burkardi* de *Bochingen* militum & aliorum quam plurium fide dignorum. Anno Domini M°. CC° LX°. IIII°. VI. Kalend. Martii.

24. Febr.

LXXXIII.

LITTERE, QUOD POSSIMUS HABERE BONA NOBIS LEGATA ET COMPARATA CIRCA *HART* ET *WINZINGEN.*

Nos *Ludewicus* Dei gracia Comes Palatinus Reni Dux Bawarie tenore preſencium profitemur quod ratum & gratum habere volumus quidquid fratribus de *Uterina valle* Cyſterc. Ord. in proprietate noſtra ſuper *Hart* & *Winzingen* excepta *nova civitate* *) noſtra infra muros a bonis hominibus dabitur vel quidquid in ea cum ſuis denariis comparabunt, hoc tamen incluſo quod de omnibus bonis eis ſive gratis ipſis data fuerint, ſive ab eisdem fuerint comparata, non obſtante libertate ordinis ſui nobis & heredibus noſtris jura debita ſervicia & conſuetudines, ſicut progenitores noſtri & nos uſque in hec tempora ab hiis qui primitus habuerunt tenuimus ab ipſis fratribus non diminuantur nec in parte aliqua ſubtrahantur. Non habebunt etiam dicti fratres poteſtatem bona predicta vel gratis habita vel comparata ab eisdem alicui vendere vel alienare a nobis

*) *Neu-ſtadt* an der *Hart.*

bis vel noſtris heredibus nec noſtris propriis hominibus, civibus vel villanis, unde de ipſis bonis nobis jura & ſervicia debita perſolvantur. In cujus rei teſtimonium preſentem cartam cum ſubnotatis teſtibus Sigillo noſtre Celſitudinis diſpoſuimus Communivi. Teſtes autem ſunt *Otdo* Prepoſitus ſancti *Widonis* Spirenſis. *Albertus* Prepoſitus Illmmunſterenſis. *H.* Scultetus de Lapidea domo. *Ruthardus*, *Sigelo*, *Gotsman*, *Nibelung*, *C. Zurno*, *Chuono* cives *nove civitatis*, *Bertholdus* Notarius & alii quam plures. Actum & Datum apud *Heidelberc* anno Domini M° CC° LX° V° VII°. Kal. Maji.

25. Apr.

LXXXIV.

LITTERA SUPER TRIBUS JURNALIBUS VINEARUM.

E. Dei gracia Abbas Wizenburgenſis Univerſis Xpi fidelibus tam preſentibus quam futuris ad quos preſentes littere pervenerint, cupimus fieri manifeſtum, quod tres jurnales Vinearum in *Haſenecken* ſitos, quos Capitulum & Canonici ſancti *Stephani* *) unanimi conſenſu ſub anteceſſore noſtro D. *Fr.* pie recordacionis Abbate vendiderunt

*) Collegiata S. *Stephani* in colle extra muros Weiſſenburgenſes a S. *Stephano* proto martyre dicto ſubſtitit, quae a *Luithardo* Abbate ſecul. XI. ſuam duxit originem, tumultu ruſticorum an. MDXXV. penitus everſa.

runt Domino *Walthero* Canonico Spirenſi pro quadam pecunie ſumma, quos idem *Waltherus* in anime ſue remedium & ſalutis incrementum, clauſtro *Vallis uterine* legavit in teſtamentum ipſam vendicionem & forum de dictis vineis tam rite & racionabiliter factum, una cum conſenſu noſtri conventus & voluntate ratum & gratum duximus tenendum & inviolabiliter obſervandum, ne autem dictum clauſtrum inpoſterum poſit ab aliquibus impediri vel aliquatenus moleſtari, in robur firmitatis facti ſigillum noſtrum una cum ſigillo noſtri conventus preſentibus duximus applicandum. Datum & Actum Dominice Incarnacionis Anno M°. CC°. LX°. V°. feſto *Luce* Ewangeliſte. 18. Oct.

LXXXV.

LITTERE RENUNCIACIONIS *MARQUARDI* DE *NOVA CIVITATE* SUPER BONIS IN *ETTENKOBEN* &c.

Theodericus dictus de *Hobenvels* univerſis preſentem cedulam inſpecturis credere ſubnotatis. Preſentis ſcripti tenore duxi dilucide preſtandum quod *Marquardus* de *nova civitate* plenarie renunciavit omni accioni & juri quod contra Dominum Abbatem & Conventum *Uterine vallis* Cyſterc. Ord. Spirenſis Dyoc. racione quorundam bonorum in *Ettenkoben* *) ſitorum & a *Marquardo* fratre

*) In ſede *Wiler* ſub *Rippurg. Subs. Dipl. T. X. p. 302.*

fratre predicti *Marquardi* pro remedio anime sue prefatis Abbati & Conventui Collatorum seu eciam cujusdam summe pecunie quam idem *M.* apud prelibatos Abbatem & Conventum esse reposita affirebat, sibi competebat vel competere videbatur. In cujus renunciacionis evidenciam ad perpetuam firmitatem ad peticionem parcium utrarumque presentem cedulam memoratis Abbati & Conventui mei sigilli munimine tradidi communitam. Datum & Actum Anno Domini M°. CC°. LX°. septimo. mense februario.

LXXXVI.

LITTERE SUPER VIGINTI MALDRIS SILIGINIS IN *MUNERNDEVELT.*

Emicho Comes de *Liningen* *) ad noticiam Universorum cupimus pervenire, nos in remedium & salutem animarum nostre *Elizabeth* bone memorie quondam nostre Collateralis, *Margarete* que nunc est nostra Collateralis nec non heredum nostrorum contulisse Ecclesie *Uterine vallis* viginti maldra siliginis de bonis allodialibus nostris in *Munernvelt* singulis annis omni tempore percipienda quousque eidem Ecclesie viginti marcas puri argenti liberaliter conferamus, tunc dicti proventus

*) Familia jam ab antiquo illustrissima, cujus linea Hardenburgensis an. 1779. tertia julii a *Josepho* II. Imp. principatu Imperii decorabatur, promeretur sane, ut luce historico-Diplomatica perfuudatur.

Digitized by Google

ventus ad Nos & noſtros heredes libere reverten-tur, & Abbas & Conventus dicte Eccleſie jam poſitas viginti marcas ſuper alia bona locabunt ad proventus Conſimiles ſub titulo teſtamenti facturi de hijs omne debitum, quod de ſuperius dictis proventibus in *Munderedevelt* antea faciebant. Ne autem iſtud tam ſalubre factum a quoquam heredum noſtrorum ſepe dicte Eccleſie modo aliquo poſſit infringi, cedulam hanc ipſi tradidimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Datum *Lantdecken* Anno Domini M°. CC°. LXVII°. Idus Aprilis.

13. Apr.

LXXXVII.

LITTERE ABSOLUCIONIS A THELONEO ET A JURE QUOD DICITUR UNGELD ET A CENSU AREE ET AB OMNI JURE CIVILI IN *LANDOWE*.

Emicho comes de *Liningen* & *Margareta* contectualis ipſius comitiſſa de *Spanheim* univerſis preſentes litteras inſpecturis ſeu eciam audituris veritatis teſtimonium acceptare. Licet affectu ſincero religionem ordinis Cyſtercienſis cunctis merito venerandam univerſaliter diligamus precipue tamen Eccleſiam beate virginis de *Uterina valle* gracia ſpecialis amoris proſequimur & favoris. Hinc eſt quod ejusdem Eccleſie de *Uterina valle* utilitati pariter & quieti quantum poſſumus in diſtrictu noſtro & nunc & inpoſterum providere volentes,

quasdam libertates, quas pro ſalute animarum noſtrarum & interventu dilecti nobis *Stephani* Abbatis & fratrum ſuorum dicte Eccleſie concedimus, preſenti cedule duximus adnotandas. In primis videlicet indulgentes, ut in civitate noſtra *Landowe* a theloneo & eo jure quod dicitur Ungelt, a cenſu de area quam in eadem poſſident civitate & ab omni denique jure civili prefata *Uterine vallis* Eccleſia ſit libera penitus & exempta. Preterea permittimus Eccleſie memorate, quod de bonis in *Burnheim* que nunc habet, nullam exactionem cuiquam de cetero ſolvere teneatur, de dimidio eciam maldro avene que vulgo ſchuezhaber appellatur, ipſam in *Dambeim* abſolventes. In ſuper quoque in *Swebechenheim* *) de eo jure quod wegerume volgariter nuncupatur, antedictam *Uterine vallis* Eccleſiam decernimus fore liberam & quietam, & ut hec noſtre donacionis auctoritas in omne tempus reliquum perpetuam obtineat firmitatem, preſentem cedulam neceſſarium ſtatuimus noſtri ſigilli munimine roborandam. Datum apud *Landowe* Anno Dominice Incarnacionis M°. CC°. LXVIII°. menſe februario.

*) vid. *ſubs. Dipl. T. X. p. 300.*

LXXXVIII.

LXXXVIII.

LITTERE SUPER DECISIONE LITIS INTER NOS ET *H. CLERICUM* PASTOREM ECCLESIE IN *TAN.*

Ego *Ulricus* miles dictus de *Than* tenore presencium duxi dilucide protestandum, quod cum inter Venerabiles Dominum *Stephanum* Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ex parte una & *Heinricum clericum* filium meum pastorem Ecclesie in *Tan* *) ex altera super duobus & dimidio jugeribus terre arabilis versus *Offenbach* inter ripas sitis, lis & altercacio verteretur, utraque pars in vicinie judicium compromisit, que dictis Abbati & Conventui prefata jugera sentencialiter adjudicavit ita sane, ut ijdem Abbas & Conventus sex denarios ad Ecclesiam in *Tan* pro censu singulis annis in perpetuum in festo sancti *Martini* solvere teneantur & in hanc sentenciam predictus filius meus cum universis qui aderant concordavit, renuncians omni actioni & juri quod sibi credebat competere in jugeribus antefatis. In cujus rei testimonium & perpetuam firmitatem presens scriptum Abbati & Conventui prelibatis sigillis, meo *Wolframi* patruelis mei & nepotum meorum *Friderici* & *Heinrici* patruelis ipsius contuli roboratum. Affuerunt testes eciam huic facto scili-

*) *Thannae* oppidum radicibus montis, cui *Engelburgum* insidet, adheret in ipsa aditu per amoenae *vallis Amerinae*, quae *Vogesum* ibi pervium reddit atque ad Lotharingos ducit.

cet C. nepos meus & frater *F.* preſcripti. *Ramungus* miles de *Offenbach.* *Theodericus Major* Cellerarius *Anshelmus* ſupprior. *H. Mercator* frater *Bert.* *Uterine vallis* & alij plurimi fide digni. Actum Anno Domini. M°. CC°. LX°. octavo.

LXXXIX.

LITTERE SUPER VINEIS IN *BERCZABERN.*

Ego *Ditherus* dictus de *Lindelbollen* junior univerſis Xpi fidelibus preſentem paginam inſpecturis credere ſubnotatis. Ad noticiam univerſorum tam preſencium quam futurorum cupio pervenire, quod ego & uxor mea *Agnes* de *Grifenſtein* felicis recordacionis communicata manu quidquid habuimus in vineis apud *Zabernam* pro remedio animarum noſtrarum legavimus Eccleſie beate *Marie* Virginis in *Uterina valle* ubi prefata uxor mea eſt eccleſiaſtice tradita ſepulture. In cujus rei teſtimonium, evidenciam & munimen ego *D.* prefatus preſens ſcriptum decrevi mei ſigilli munimine roborandum. Actum Anno Domini M°. CC°. LX° octavo. menſe Aprili.

LITTERE SUPER PREDICTIS VINEIS.

G. nobilis de *Griffenſtein* ſcire volumus univerſos ad quorum noticiam preſens ſcriptum pervenerit, quod ego pro remedio anime ſororis mee *Agnetis* legavi Eccleſie beate *Marie*, Virginis

in

in *Uterina valle*, ubi prefata ſoror mea eſt Eccleſiaſtice tradita ſepulture partem ſuam in vineis, quam habuit ante *Zabernam*: ut hoc ratum permaneat, preſentem cedulam fratribus fecimus confirmari Actum Anno Domini M°. CC°. LXVIII. menſe Aprilis.

XC.

LITTERE SUPER DUOBUS URCEIS VINI ET UNA URNA OLEI &c.

Hertwicus divina miſeracione Abbas Monaſterij Clingenſis Univerſis Xpi fidelibus preſentem paginam inſpecturis credere ſubnotatis. Noverint tam preſentes quam poſteri univerſi, quod infirmarius Converſorum *Uterine vallis* comparuit a *Wolframo* dicto *Gylbart* urnam unam olei que de domo ſua & vinea domui adjacente in *Gliszen cellen* infirmarie Converſorum dicti monaſterij *Uterine vallis* omni occaſione remota ſingulis annis in perpetuum perſolvetur ab eis, qui dicte domus ac vinee fuerint poſſeſſores. De quibusdam eciam bonis *Hunfridi* ſculteti & uxoris ejus *jutbe* in *Gliszen cellen* *) videlicet quatuor jugeribus vinearum, quorum tria & dimidium in ſteinacher ſita ſunt, & dimidium quod reſiduum eſt in loco, qui dicitur in deme reche, duo urcei duarum amarum vini ſine occaſione qualibet ad idem infirmitorium a ſuis poſſeſſoribus annis ſingulis perpetuo perſolventur. In *Huchelheim* quo-

 que

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 295.*

que ad modum, hibernatus de anno [illegible] Dominicæ Incarnationis [illegible] Regni vero sui [illegible] Anno [illegible] Pontificatus vero sui [illegible] Anno [illegible] Indictione [illegible] Anno [illegible] Cycli Solaris [illegible] Anno [illegible] Cycli Lunaris [illegible] Anno [illegible] Epacta [illegible] Concurrentes [illegible] Litera Dominicalis [illegible] Aureus Numerus [illegible] Mensis [illegible] Dies [illegible] Luna [illegible] Hora [illegible] Minuta [illegible] Secunda [illegible] Tertia [illegible] Quarta [illegible] Quinta [illegible] Sexta [illegible] Septima [illegible] Octava [illegible] Nona [illegible] Decima [illegible] Undecima [illegible] Duodecima [illegible] Tredecima [illegible] Quatuordecima [illegible] Quindecima [illegible] Sedecima [illegible] Septimadecima [illegible] Octavadecima [illegible] Nonadecima [illegible] Vicesima [illegible] Vicesima prima [illegible] Vicesima secunda [illegible] Vicesima tertia [illegible] Vicesima quarta [illegible] Vicesima quinta [illegible] Vicesima sexta [illegible] Vicesima septima [illegible] Vicesima octava [illegible] Vicesima nona [illegible] Tricesima [illegible] Tricesima prima [illegible] Tricesima secunda [illegible] Tricesima tertia [illegible] Tricesima quarta [illegible] Tricesima quinta [illegible] Tricesima sexta [illegible] Tricesima septima [illegible] Tricesima octava [illegible] Tricesima nona [illegible] Quadragesima [illegible] Quadragesima prima [illegible] Quadragesima secunda [illegible] Quadragesima tertia [illegible] Quadragesima quarta [illegible] Quadragesima quinta [illegible] Quadragesima sexta [illegible] Quadragesima septima [illegible] Quadragesima octava [illegible] Quadragesima nona [illegible] Quinquagesima [illegible] Quinquagesima prima [illegible] Quinquagesima secunda [illegible] Quinquagesima tertia [illegible] Quinquagesima quarta [illegible] Quinquagesima quinta [illegible] Quinquagesima sexta [illegible] Quinquagesima septima [illegible] Quinquagesima octava [illegible] Quinquagesima nona [illegible] Sexagesima [illegible] Sexagesima prima [illegible] Sexagesima secunda [illegible] Sexagesima tertia [illegible] Sexagesima quarta [illegible] Sexagesima quinta [illegible] Sexagesima sexta [illegible] Sexagesima septima [illegible] Sexagesima octava [illegible] Sexagesima nona [illegible] Septuagesima [illegible] Septuagesima prima [illegible] Septuagesima secunda [illegible] Septuagesima tertia [illegible] Septuagesima quarta [illegible] Septuagesima quinta [illegible] Septuagesima sexta [illegible] Septuagesima septima [illegible] Septuagesima octava [illegible] Septuagesima nona [illegible] Octogesima [illegible] Octogesima prima [illegible] Octogesima secunda [illegible] Octogesima tertia [illegible] Octogesima quarta [illegible] Octogesima quinta [illegible] Octogesima sexta [illegible] Octogesima septima [illegible] Octogesima octava [illegible] Octogesima nona [illegible] Nonagesima [illegible] Nonagesima prima [illegible] Nonagesima secunda [illegible] Nonagesima tertia [illegible] Nonagesima quarta [illegible] Nonagesima quinta [illegible] Nonagesima sexta [illegible] Nonagesima septima [illegible] Nonagesima octava [illegible] Nonagesima nona [illegible] Centesima [illegible] Centesima prima [illegible] Centesima secunda [illegible] Centesima tertia [illegible] Centesima quarta [illegible] Centesima quinta [illegible] Centesima sexta [illegible] Centesima septima [illegible] Centesima octava [illegible] Centesima nona [illegible] Ducentesima [illegible] Ducentesima prima [illegible] Ducentesima secunda [illegible] Ducentesima tertia [illegible] Ducentesima quarta [illegible] Ducentesima quinta [illegible] Ducentesima sexta [illegible] Ducentesima septima [illegible] Ducentesima octava [illegible] Ducentesima nona [illegible] Trecentesima [illegible] Trecentesima prima [illegible] Trecentesima secunda [illegible] Trecentesima tertia [illegible] Trecentesima quarta [illegible] Trecentesima quinta [illegible] Trecentesima sexta [illegible] Trecentesima septima [illegible] Trecentesima octava [illegible] Trecentesima nona [illegible] Quadringentesima [illegible] Quadringentesima prima [illegible] Quadringentesima secunda [illegible] Quadringentesima tertia [illegible] Quadringentesima quarta [illegible] Quadringentesima quinta [illegible] Quadringentesima sexta [illegible] Quadringentesima septima [illegible] Quadringentesima octava [illegible] Quadringentesima nona [illegible] Quingentesima [illegible] Quingentesima prima [illegible] Quingentesima secunda [illegible] Quingentesima tertia [illegible] Quingentesima quarta [illegible] Quingentesima quinta [illegible] Quingentesima sexta [illegible] Quingentesima septima [illegible] Quingentesima octava [illegible] Quingentesima nona [illegible] Sexcentesima [illegible] Sexcentesima prima [illegible] Sexcentesima secunda [illegible] Sexcentesima tertia [illegible] Sexcentesima quarta [illegible] Sexcentesima quinta [illegible] Sexcentesima sexta [illegible] Sexcentesima septima [illegible] Sexcentesima octava [illegible] Sexcentesima nona [illegible] Septingentesima [illegible] Septingentesima prima [illegible] Septingentesima secunda [illegible] Septingentesima tertia [illegible] Septingentesima quarta [illegible] Septingentesima quinta [illegible] Septingentesima sexta [illegible] Septingentesima septima [illegible] Septingentesima octava [illegible] Septingentesima nona [illegible] Octingentesima [illegible] Octingentesima prima [illegible] Octingentesima secunda [illegible] Octingentesima tertia [illegible] Octingentesima quarta [illegible] Octingentesima quinta [illegible] Octingentesima sexta [illegible] Octingentesima septima [illegible] Octingentesima octava [illegible] Octingentesima nona [illegible] Nongentesima [illegible] Nongentesima prima [illegible] Nongentesima secunda [illegible] Nongentesima tertia [illegible] Nongentesima quarta [illegible] Nongentesima quinta [illegible] Nongentesima sexta [illegible] Nongentesima septima [illegible] Nongentesima octava [illegible] Nongentesima nona [illegible] Millesima [illegible] Millesima prima [illegible] Millesima secunda [illegible] Millesima tertia [illegible] Millesima quarta [illegible] Millesima quinta [illegible] Millesima sexta [illegible] Millesima septima [illegible] Millesima octava [illegible] Millesima nona [illegible] Bissextilis [illegible] Non Bissextilis [illegible] Dominicalis [illegible]

XCI.

LITTERA DOMINI *HEINRICI* EPISCOPI SPIRENSIS SUPER DONACIONE DOMINE *METHILDIS* BONORUM IN *KUNGESBACH.* *)

Heinricus Dei gracia ſpirenſis Epiſcopus Univerſis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Licet nos religioſorum omnium utilitatibus intendere debeamus, debito noſtri officij requirente illorum tamen plus intendere nos debemus, quorum vitam cognovimus ſanctiorem & innocenciam puriorem. Ad univerſitatis veſtre itaque noticiam volumus pervenire, quod nos propter ſincerum affectum, quem erga monaſterium *Uterine vallis* Cyſt. ord. noſtre Dyoceſis gerimus ſpecialem, donacionem quam *Methildis* relicta quondam *Cunradi* dicti *Howenſtein* de *Kungesbach* & *Heinricus* filius ipſorum fecerunt eidem monaſterio de rebus ipſorum mobilibus & immobilibus ſive ſe moventibus & perſonis, gratam ratam gerimus & acceptam ipſamque donacionem, cum omni jure ſpectante ad nos eidem monaſterio *Uterine vallis* auctoritate preſencium perpetuo confirmantes pro remedio noſtre anime & noſtrorum eciam ſucceſſorum. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *ſpire* Anno Domini M°. CC°. LX°. IX°. In vigilia Nativitatis beate Virginis *Marie.*

7. Sept.

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 310.*

XCII.

LITTERE DONACIONIS BONORUM IN *HEILIGENSTEIN* EX PARTE *BERTHRADIS* ET *H.* FILIJ SUI.

Judices Spirenſis &c. tenore preſencium publice profitemur, quod *Berthradis* vidua & *H.* Filius ſuus ſcolaris omnia bona mobilia & immobilia que in *Heiligenſtein* *) ſeu ubicunque locorum habent vel ſunt de cetero habituri, pro ſuarum ac parentum eorum animarum remedio, Domino Abbati & Conventui *Uterine vallis* unanimi conſenſu liberaliter contulerunt & eciam coram nobis in manus cellerarii Majoris nomine predictorum Abbatis & Conventus publice reſignarunt, preſentibus Domino Cellerario Majoris Eccleſie, *Cuonrado* dicto *pheffelino* Canonico ſancti *Germani*, Magiſtro *H.* de *Nicaſtel*, Magiſtro *H.* *Cimino* prebendario Eccleſie Majoris & aliis idoneis in preſcripte rei teſtimonium convocatis. In cujus rei teſtimonium ad peticionem predicte *Bertradis* & *H.* nati ſui preſentem litteram ſigillo noſtro dedimus conſignatam. Actum & Datum Anno Domini M°. CC°. LXIX°. in vigilia *Thome* Apoſtoli.

20. Dec.

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 304.*

Digitized by Google

XCIII.

LITTERE ABSOLUCIONIS DECIME NOVALIUM IN *WANDESHEIM*.

Ego *Ulricus* miles Dominus de *Than* universitati modernorum & posterorum notum facio per presentes, quod cum gravis altercacio diutine litis verteretur inter viros religiosos Dominum *Stephanum* Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ordin. cysterc. spir. Dyoc. ex parte una & *Waltherum* militem de *Salenbach* fidelem meum ex parte altera super decima novalium & duorum mansorum grangie dictorum religiosorum que vocatur *Wandesheim*, quam decimam dictus miles *Wal.* ad se pertinere affirmabat, dictis religiosis semper reclamantibus & asserentibus eandem decimam se octoginta annis possediſſe libere & quiete. Item super duabus unciis denariorum spirensium, quas ei dicti religiosi racione minute decime de dicta Grangia annuatim persolverunt, eodem Milite *Wal.* amplius exigente & extorquere volente. Illis item reclamantibus tandem bonorum virorum auxilio & arbitrio per viam juris & diffinitivam sententiam eadem lis deciſa fuit totaliter in hunc modum: Quod precedens dictus miles *Wal.* in medium eidem decime tam de Novalibus quam de duobus manſis cum omni lite habita vel habenda perpetuo renunciavit presentibus religiosis & secularibus viris pluribus & honestis Duas vero uncias denariorum supradictorum spirensium, quas eidem *Wal.* dicti religiosi annuatim

tim racione minute decime de ſupradicta grangia dederunt, quas a me dictus *Wal.* jure feodi tenebat, dicti religioſi de meo conſenſu & bona voluntate ab eodem *Wal.* precio & titulo empcionis comparaverunt, me quoque quidquid juris in eadem decima vel denariis videbar habere, cum dicto *Wal.* penitus renunciante. ita ut nullam actionem ſive requiſicionem ſuper dicta decima hinc inde de cetero moveamus. Ipſe autem *Wal.* prelibatas duas uncias denariorum de minuta decima cum quibusdam aliis bonis ſuis ſeu videlicet jugeribus agrorum arabilium ſitis in banno ville, que vocatur *Durrenſebach* juxta *Luterbach* *) in loco qui dicitur briden ſigen, cum conſenſu *petriſſe* uxoris ſue manu collecta reſignans mihi titulo feodi recompenſavit & ſepedicti religioſi omnes decimas ſupradictas cum duabus unciis prenominatis abſque ulla inpoſterum reclamacione jure proprietatis perpetuo poſſidebunt. In hujus rei teſtimonium & robur inconvulſum ego *Ulricus* Dominus de *Than* ſupradictus preſens ſcriptum ſigilli mei munimen cenſui confirmandum. Acta ſunt hec Anno Domini M°. CC°. LXIX°. in die ſanctorum Martirum *Johannis* & *Pauli* in Monaſterio *Uterine vallis* ſupradicto.

26. jun.

*) Vid. *Subs. Dipl. Tom. 10. peg. 288.*

XCIV.

LITTERE, UT BONA NOSTRA IN *MULHUSEN* SINT LIBERA ET ABSOLUTA AB OMNI EXACTIONE.

Nos *Emicho* & *Fridericus* Comites de *Liningen* omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem & credere ſubnotatis. Quia in inſtrumentis Dominorum noſtrorum *C.* (a) quondam Spirenſis Epiſcopi ac *H.* (b) ejusdem Eccleſie nunc exiſtentis Epiſcopi nobis exhibitis plene didicimus bona in villa *Mulnhuſen* (c) ſita, cujus ville Advocatia ad Nos pertinere dinoſcitur, que quondam fuerunt *Zeiszolfi* civis ſpirenſis & que nunc ſui heredes poſſident, debere eſſe jure libera ab omni exactione vel peticione ipſa ſicut debemus ab omni exactione ſive peticione libera dicimus & ſoluta. volentes & noſtris Officiatis, qui pro tempore fuerint, ſub obtentu noſtre gracie firmiter injungentes, ut predictos heredes & eorum ſucceſſores in eisdem bonis nullatenus inquietent. Datum Anno Domini M°. CC°. LXX°. in die beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*.

29. Jun.

(a) *Conradi.*

(b) *Henrici* II.

(c) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 290.*

XCV.

LITTERE REEMTIONIS DECEM SOLIDORUM HALL. ERGA CONVENTUM SANCTI *LAMPERTI.*

Nos prioriſſa ſancti *Lamperti* Spirenſis Dyoc. totuſque Conventus ibidem tenore preſencium renunciamus omni juri, quod habuimus in bonis *Werneri* dicti de *Richenbach* ſitis in *Ettenkoben* *) racione cenſus decem ſolidorum, Dominum Abbatem *Uterine vallis* & Conventum ibidem libere ac preciſe a dictis cenſibus abſolventes. In cujus rei teſtimonium predictis Domino Abbati & Conventui qui nunc bona eadem compararunt, dedimus has litteras ſigilli conventus noſtri munimine roboratas. Datum Anno Domini M°. CC°. ſeptuageſimo tercio kalendis Maji.

1. Maji.

(*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 302.*

XCVI.

LITTERE DOMINI *RUDOLFI* REGIS ROMANORUM SUPER HEINGEREIDE.

Rudolfus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Romani jmperii fidelibus preſentem litteram inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Regalis excellencia tunc ſui nominis

minis titulos ampliat & extollit. cum loca divino cultui dedicata & perſonas ibidem Domino famulantes benigno favore proſequitur ac eorum juſtis & racionabilibus peticionibus favorabiliter ſe inclinat. Accedentes itaque ad noſtre Majeſtatis preſenciam Venerabilis Abbas & Conventus fratrum de *Uzerſtal* nobis humiliter ſupplicarunt. quod privilegium eis a *Friderico* quondam Romanorum Imperatore indultum, quod noſtris obtulerunt conſpectibus, vellemus de benignitate Regia confirmare. Cujus tenor talis eſt: In nomine ſancte & individue Trinitatis; *Fridericus* Divina favente Clemencia Romanorum Imperator Auguſtus. Si Eccleſiis & Eccleſiaſticis viris. . . (vide *Subſid. Diplom. Tom. X. p.* 352.) Datum apud *Haſelach* III Idus Novembris feliciter Amen. Nos igitur predictorum Abbatis & ejus conventus devotis & piis ſupplicacionibus favorabiliter inclinati preſcriptum privilegium & ſingula in ipſo contenta cum diffiinitiva ſentencia a quondam *Heinrico* Romanorum Imperatore pro ipſis ſuper Almeinda ſilve ipſi monaſterio adjacentis contra ruſticos in *Gotramſtein* prolata de benignitate Regia confirmamus & ſcripti preſentis munimine innovamus. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc noſtre confirmacionis ſeu innovacionis paginam infringere aut eidem auſu temerario contra ire. quod qui facere preſumpſerit. Gravem noſtre Majeſtatis indignacionem ſe noverit incurriſſe. Signum Domini *Rudolfi* Romanorum Regis invictiſſimi. Datum apud *Hagenau* Anno Domini M°.

M°. CC°. LXXIIII°. pridie idus julii Indiccione ſecunda. Regni noſtri Anno primo. *)

14. jul.

*) An. Domini M. CC. LXXIII. die S. *Remigii* die Dominica electus eſt Rex *Rudolfus Franckenfurt.* MS.

XCVII.

LITTERE SUPER ABSOLUCIONE MINUTE DECIME PER CENSUS QUATUOR UNCIARUM HALL. IN *WANDESHEIM.*

Nos *Wolframus* & *Petrus* filij *Wolframi* militis de *Than* univerſitati modernorum & poſterorum notum facimus per preſentes, quod cum gravis altercacio litis verteretur inter viros religioſos Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ex parte una & *H.* miltitem dictum *Webelin* de *Rulingesheim* ex patre altera ſuper minuta decima grangie dictorum religioſorum que vocatur *Wandesheim* quam dictus miles jure feodi ex parte noſtra ad ſe pertinere affirmabat dictis religioſis ſemper reclamantibus & aſſerentibus eandem decimam ſe LXXX annis & amplius poſſediſſe libere & quiete nec quidquam aliud niſi quatuor uncias hallenſ. cenſualiter ei debere, tandem de noſtra voluntate & conſenſu bonorum virorum auxilio & arbitrio per viam juris & diffinitivam ſententiam eadem lis deciſa fuit totaliter in hunc modum. quod dictus miles novem libras hall. a

dictis

dictis religiosis sub titulo vendicionis accipiens eidem iuri perpetuo renunciavit nobis quoque cum eodem *H.* omni juri totaliter renunciantibus, quod habere in eadem villa videbamur. Ipse vero *H.* prelibatum jus feodi nostri cum quibusdam alijs bonis suis videlicet tribus areis sitis in *Otdersheim* *) quarum una fuit *H. leporis* & una *H.* dicti *Bracben*, tercia vero sua propria in manus nostras resignans nobis titulo feodi restauravit. Predicti vero religiosi prenominatas quatuor uncias absque ulla in posterum reclamacione in perpetuum possidebunt. Testes autem qui vendicioni huic interfuerunt, sunt Dominus *Fridericus* de *Than.* Dominus *Didericus* de *Lindelbolle* & Dominus *Ulricus* de *Than* & alij quam plures. In cujus rei testimonium presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. Acta sunt Anno Domini M°. CC°. LXX°. quarto.

*) vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 292.*

XCVIII.

LITTERE SUPER QUATUORDECIM TALENTIS OLEI AD INFIRMARIAM MONACHORUM.

Nos *Hertwicus* Miseracione divina Abbas Clingensis Monasterii tenore presencium notificamus Universis, quod Venerabilis pater Dominus *johannes Uterine vallis* quoddam pomerium in confinio Ecclesie nostre situm, quod vocatur,

Bludderbaum jure hereditario conceſſit *C.* dicto *Sterre* ejuſque ſucceſſoribus poſſidendum, ita tamen quod ſemper ſenior heredum ſingulariter ſuccedat in eisdem bonis pro quatuordecim libris Olei in feſto *Martini* in infirmitorium Monachorum dicti monaſterii annis ſingulis preſentandis. Dictus vero *C.* quedam bona ſua pomerio prelibato adjacencia, que fuerunt quondam *H. an deme ſtade* de conſenſu heredum ſuorum coram ſacerdote & ſcabinis Eccleſie in *Gliszencellen* *) in Manus infirmarii prefati monaſterii ypothece titulo reſignavit tali racione, ut quandocunque idem *C.* & ſui ſucceſſores dictum cenſum non dederint die memorato prefatus infirmarius bona omnia prenominata in ſuam poteſt redigere poteſtatem. Hec omnia divine remuneracionis intuitu ac ob reverenciam Venerabilium virorum Domini *jo.* Abbatis & Conventus *Uterine vallis* grata & rata habentes ſigilli noſtri munimine duximus confirmanda in omnibus tamen noſtre Eccleſie jure ſalvo. Actum Anno Domini M°. CC°. LXX°. quarto Menſe julio.

*) Vid. *Subſ. Dipl. T. X. p. 295.*

XCIX.

LITTERE SUPER IIII. SOL. HALL. AD HOSPITALE.

Ego *johannes* miles dictus Dominus de *Meti* tenore preſencium ad noticiam Univerſorum cupio

cupio pervenire, quod Venerabiles viri Dominus *johannes* Abbas & Conventus *Uterine vallis* bona ſua ſita in *Steinbach* videlicet unum jugerum prati & dimidium ſitum in loco qui dicitur ſteinbecher wiſe & IIII. hallenſes cenſuales ſuper curia ſita in eadem villa que contulit eis *Cunratus* filius *Enſeln* de *Steinbach* in puram elemoſinam, conceſſerunt *Gotzoni* molendinario de *Hanenbach* ſuiſque ſucceſſoribus jure hereditario poſſidenda. Itaque ſenior heredum ſingulariter ſuccedat in eisdem bonis pro III. ſolidis & dimidio ſol. hall. ad hoſpitale ejusdem eccleſie in meſſe annuatim in die ſancti *Jacobi* preſentandis. Preterea dictus G. dimidium juger prati ſitum in ſuperiori parte dicti prati eorum in manus Magiſtri hoſpitalis predicti monaſterii coram ſcabinis Eccleſie in *Hanenbach* ypothece titulo reſignavit, ſub tali forma, quod ſi aliquando prelibatus G. vel ſui heredes prehabitum cenſum die non dederint memorato, tunc prenominati Abbas & Conventus bona ſibi conceſſa cum bonis ipſius eis ypothece titulo aſſignatis in ſuam poſſunt trahere poteſtatem contradiccione qualibet non obſtante. Hec omnia ob reverenciam Venerabilium virorum prenominatorum videlicet Abbatis & conventus *Uterine vallis* ſigilli noſtri munimine duximus confirmanda. Actum Anno Domini M°. CC°. LXXIIII°. menſe Decembri.

C.

LITTERE SUPER UNAM URNAM OLEI IN *BOCHINGEN* AD INFIRMARIAM MONACHORUM.

Nos *Johannes* miles dictus de *Meti* & *H.* filius noſter tenore preſencium ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod venerabilis pater Dominus *jo.* Abbas totuſque Conventus *Uterine vallis* bona ſita in *Bochingen* videlicet curiam & ortum ſita ex adverſo curie Abbatiſſe de *Nuen Minſter*, que fuerunt olim matrone dicte *Adelheit Gewern*, de quibus bonis ipſa *Adelheit* in cenſu annuali unum maldrum nucum ad infirmitorium dicti Conventus ſolvere tenebatur, que eciam bona per negligenciam jam dicti cenſus triennio ſed & ob diſtractionem ſeu alienacionem duarum domorum torcularis ſcilicet & horrei ab ipſa curia nec non & aliorum edificiorum deſtructionem, approbante ſentencia ſcabinorum per manus judicis prefate ville *Bochingen* ab ipſa muliere alienata in poſſeſſionem prelibatis Abbati & Conventui ſunt adjudicata & jure proprietatis aſſignata. Hec inquam bona conceſſerunt *Richardo* de *Bochingen* ſuiſque ſucceſſoribus jure hereditario poſſidenda, ita tamen quod ſemper ſenior heredum ſingulariter ſuccedat in eisdem bonis pro Urna olei ad infirmitorium monachorum predictorum in feſto ſancti *Martini* annis ſingulis perpetuo aſſignanda tali interpoſita pactione quod memoratus *R.* tria talenta hall. infra ſpacium unius anni expendet ad emendandas ſtructuras curie prelibate.

Hijs

Hijs nichilominus adjectum eſt, quod ſi dictus *R.* vel heredes ſui prefixo die cenſum non ſolverint memoratum, bona prehabita in poſſeſſionem Abbatis & Conventus preſcriptorum libere devolventur, contradiccione qualibet non obſtante. In cujus rei certam evidenciam Nos ob reverenciam honorandi Patris Domini *jo.* Abbatis prenominati huic ſcripto Sigilla noſtra duximus appendenda. Teſtes qui huic conceſſioni interfuerunt, ſunt *Hermannus* ſubprior, *Hubertus* Magiſter hoſpitalis, *Jacobus* infirmarius monachi *Uterine vallis*. *Burkardus* miles, *Sifridus* ſcultetus & *Sifridus* filius ejus, *H.* de *Leimersheim jo. Raſor* de *Landowe. C. Knuſel* hij de *Bochingen* & alij quam plures fide digni in preſcripte teſtimonium convocati. Acta ſunt hec Anno gracie M°. CC°. LXX°. quinto menſe Septembri.

CI.

LITTERE DONACIONIS OMNIUM BONORUM EX PARTE DOMINE *JRMELE* IN *WOLMESHEIM*.

Nos *Marquardus* dictus *Kaufman* advocatus provincialis a ſereniſſimo Dno *Rudolfo* Rege Romanorum conſtitutus tenore preſencium ad noticiam univerſorum volumus pervenire, quod Anno Domini M°. CC°. LXXVII°. feria tercia *) poſt feſtum ſancte Trinitatis Venerabilis Domina dicta

*) 25. Maji.

Irmela de *Wolmesheim* *) accedens ac consistorium judicii Provincialis apud *Landowe* sub forma judicii inquisivit, si ex sentencia juris liceret ei sua bona dare cuicunque vellet, cum secundum formam juris sententiando adjudicatum est, id posse fieri impedimento quolibet non obstante. Hujus igitur auctoritate sentencie fulta prelibata Domina omnia bona sua que habuit vel in perpetuum habitura est contulit donacione inter vivos ob reverenciam glorioſe virginis *Marie* Monasterio *Uterine vallis* in puram elemosinam propter Deum & eadem bona in manus nostras resignata liberaliter peciit ea conventui memorati Monasterii assignari. Nos ergo auctoritate judiciali jam dictum conventum *Uterine vallis* posuimus in possessionem corporalem predictorum bonorum decernentes ea ipsi conventui quiete & pacifice perpetuo proprietatis titulo possidenda omnibus heredibus seu coheredibus sepedicte Domine *Ir.* vel quibuscunque hominibus non valentibus contraire. In cujus legittime donacionis perpetuam evidenciam robur & memoriam hoc publicum instrumentum contulimus conventui prefati Monasterii sigilli nobis a Domino Rege collati munimine roboratum. Actum Anno Domini prenotato coram testibus subnotatis, qui huic donacioni interfuerunt & absque ulla reclamacione in eandem donacionis sentenciam unanimiter concordarunt, quorum aliquos duximus ipsis nominibus exprimendos, qui sunt: *Eberhart Gleffersmunt.*

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 296.*

Digitized by Google

munt. Eberhart de *Mulnhuſen. Johannes* de *Heinvelt* & *Waltherus* frater ſuus. *Ansbelmus* de *Wormacia. Alvolc* de *Lachen. Cuno* & *Hugo* de *Zeizenkeim. Bamunt. Cunradus* de *Altdorf. Wolferus. Heinricus* de *Banacker. Bert.* de *Schiverſtat*, hii omnes milites. *Wernherus* advocatus de *Bullenkeim. Hermannus* advocatus de *Sibeltingen.* & alii quam plures fide digni.

CII.

LITTERE SUPER SEX MALDRIS SILIGINIS ET DUALI PARTE UNIUS MALDRI IN *BARBELRODE* AD PITANCIAM.

Nos *Johannes* miles dictus de *Meti* tenore preſencium ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod *Cuonradus* de *Barbelrode* & uxor ſua heredeſque ipſorum tenentur viris religioſis Abbati & Conventui *Uterine vallis* annuatim infra Nativitatem beate *Marie* & feſtum ſancti *Martini* ſeu uſque ad octavam diem poſt *Martini* ſex maldra ſiliginis & dualem partem unius maldri menſure Wizenburgenſis in ipſa villa *Barbelrode**) perpetuo ſine impedimento quolibet preſentare de bonis ibidem ſitis, videlicet molendino, piſtrino, prato, orto & pomerio, que bona prefatus *Cuonradus* & uxor ſua predictis Abbati & Conventui ypothece titulo aſſignarunt quod vulgo dicitur underphant tali interpoſita condicione, ut

*) Vid. *Subs. Dipl. T. V. p.327.*

ſi quando penſionem preſcriptam termino non ſolverint prenotato, tunc bona ypothece titulo obligata cedent clauſtro *Uterine vallis* perpetuo proprietatis titulo contradiccione qualibet non obſtante, ſenior quoque heredum ſingulariter ſuccedet in eisdem bonis. Prelibati eciam *Cuonradus* & uxor ſua obligaverunt ſe ſuoſque heredes ad univerſa preſcripta tenenda ac ſolvenda Conventui *Uterine vallis* in preſencia *ſwicgeri* ſculteti predicte ville coram teſtibus ſubnotatis qui fuerunt in preſcripte rei teſtimonium convocati videlicet, *Hugo* miles de *Barbelrode*. *C.* miles ſuus cognatus. *Symon* miles de *Mulnhoven* & *H.* filius ejus. *H.* dictus *Waſeger* de *Bullenkeim* & filius ſuus *H.* Nos igitur in hujus facti eternam evidenciam ad peticionem parcium huic ſcripto ſigillum noſtrum duximus appendendum. Actum Anno gracie M°. CC°. LXXVII.

CIII.

LITTERE SUPER BONIS IN *DAMHEIM* QUOD SINT ABSOLUTA AB OMNI EXACCIONE SEU PRECARIA.

Nos *Marquardus* Officialis judicii Provincialis a ſereniſſimo Domino *R.* *) Rege Romanorum conſtitutus tenore preſencium ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod altercacio & materia litis dudum vertebatur inter viros reli-

*) *Rudolfo.*

religioſos Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ex parte una & ruſticos de *Dambeim* *) ex altera ſuper eo, quod villani prefate ville exactiones ſeu precarias bonis ipſorum in eadem villa ſitis contra juſticiam imponere contenderunt. Qua querimonia ad Nos delata ex diverſis allegacionis ab utraque parte prolatis tandem in preſencia noſtri ac teſtium ſubſcriptorum legittimo teſtimonio probatum ac per juris ſentenciam diffinitum eſt, quod bona Dominorum *Uterine vallis* in villa prenotata tam ex temporis preſcripcione quam ex antiqua conſuetudine ſint ab omni exactione libera & quieta ſub tali condicione ut ſi prelibati Abbas & Conventus bona predicta ſub ſua cultura habere voluerint, nullis exactionibus ſeu precariis ſolvendis cuiquam tam de ſe quam de bonis ſint ullatenus obligati. Si vero ruſticis ipſa bona excolenda locare decreverint, hii Dominis ſuis ſervient de ſuo corpore non de bonis. Nos ergo rei veritate comperta preſcriptam ſentenciam diffinitivam tanquam juſtam & racionabilem preſentis ſcripti ac ſigilli noſtri patrocinio confirmavimus, preſentibus juratis ejusdem ville ac aliis fide dignis, qui omnes ſine ulla reclamacione in eandem ſentenciam concordarunt. Quorum hec ſunt nomina videlicet, *Sigulo* de *Dambeim. Hugo Cuonrat & Cuonrat. Johannes. Cuonradus* colonus clauſtri prenominati. hii jurati de predicta villa. Item de *Burnheim Cuonradus* advocatus. *Volzo preco. Volzo rufus.* Item C. Burggravius de *Trivalli. Hermannus* advocatus de *Sibeltingen. Frideri-*

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 299.*

Digitized by Google

dericus jude. Fridericus de *Nuzzdorf* & alii quam plures fide digni in preſcripte rei teſtimonium convocati. Acta ſunt Anno Domini M°. CC°. LXX°. VIII.

CIV.

LITTERE SUPER DECISIONE LITIS INTER NOS ET VILLANOS DE *OFFINBACH* SUPER ALMEINDA.

Fridericus Comes de *Liningen* judex Provincialis a ſereniſſimo Domino *Rudolfo* Romanorum Rege conſtitutus preſencium inſpectoribus credere ſubnotatis. Tenore preſencium ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod cum jam dudum inter viros religioſos Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ex parte una & Univerſitatem villanorum de *Offenbach* *) ex altera litis & diſcenſionis materia verteretur propter limitem, quem dicti Villani afferebant debere ſe habere pro Almenda tendentem per prata Abbatis & Conventus predictorum, ipſis reclamantibus tandem, quod eadem lis ſine ſtrepitu judicii ſopiretur, accedente conſenſu benivolo & unanimi utriuſque partis inter ipſos talis commutacio ſeu concambium eſt initum & admiſſum, quod ipſi villani contulerunt, tradiderunt & reſignarunt in manus Abbatis & Conventus Almeindam ſitam in loco amme ſacke volgariter nuncupato, que

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 291.*

que incipit ab inferiori parte bruel Gelphrat. & tendit uſque ad ſuperiorem partem ejusdem bruwel, & nichilominus renunciaverunt pro ſe & ſuis heredibus omni queſtioni, actioni ſeu juri ſibi ex quacunque cauſa in ipſo limite competenti. Hec inquam preſcripta bona tradiderunt ipſis perpetuo proprietatis titulo quiete & pacifice poſſidenda, promittentes eis facere Warandiam debitam & conſuetam ſub tali forma ut in prehabitis bonis & eciam in aliis juxta ſitis ipſi villani de cetero nullum omnino jus habeant preter decimam que dabitur ad locum debitum & conſuetum. Preterea in recompenſam & reſtaurum bonorum predictorum ſepedicti Abbas & Conventus contulerunt & reſignaverunt memoratis villanis bona ſubſcripta, que ſita ſunt in hiis locis videlicet in den Lochern tria jugera prati. Item I. in *Hagelvurthe*. Item ſex & tercia pars jugeri hinder der *Hart*. Item unum & dimidium imme *Ratzenbigen*. Item duo & dimidium apud ſuperius molendinum. Item ſeptem imme langenloche. predicta jugera ſunt prata. Item I. jugerum agri oben windec der Geilen gaſzen. Item ſeptem jugera eirden oben windic der oberen mülen. Item I. jugerum prati infra *Hagelvurth*. Item viginti octo jura lignorum in ſilvam communem. que bona omnia villani de *Offenbach* titulo proprietatis poſſidebunt, exceptis hiis que loco prioris Almeinde ad communem uſum deputaverunt, in quibus communionem habebunt ſupra memorati Abbas & Conventus de bonis ſuis in *Offen-*

bach

dal primo le primi decadde intieramente nella seconda, e dal secondo le seconde nella prima, e che le prime e le seconde si unirono insieme in un corpo solo: poichè se le prime e le seconde non si unissero insieme in un corpo solo, ma rimanessero separate, ed una parte di esse si unisse alla prima, ed un'altra alla seconda, ne risulterebbero due corpi differenti, e non un corpo solo. Ma se le prime e le seconde si unissero insieme in un corpo solo, ne risulterebbe un corpo differente dall'una e dall'altra, e non un corpo solo. Ma se le prime e le seconde si unissero insieme, e decadessero in un corpo solo, ne risulterebbe un corpo differente da quello, che risulterebbe, se le prime e le seconde si unissero insieme, e decadessero in un corpo solo. Ma se le prime e le seconde si unissero insieme, e decadessero in un corpo solo, ne risulterebbe un corpo differente da quello, che risulterebbe, se le prime e le seconde si unissero insieme, e decadessero in un corpo solo. Ma se le prime e le seconde si unissero insieme, e decadessero in un corpo solo, ne risulterebbe un corpo differente da quello, che risulterebbe, se le prime e le seconde si unissero insieme, e decadessero in un corpo solo.

ριστίνε, ἢ ἐν Θεσσαλίᾳ. Λεοντίνοι τὸ ἔθνικὸν ἐκ τοῦ Λεοντῖνος, ὡς Ἀθηναῖος ἐκ τοῦ Ἀθηναῖος. Λεοντῖνος δὲ ἐκ τοῦ Λέων, ὡς Ἀθηναῖος ἐκ τοῦ Ἀθήνη. Λεοντῖνος οὖν ἐστὶν ὁ ἐκ Λέοντος. Λεοντῖνος ἐστὶ καὶ ὁ ἐκ Λεοντίνων τῆς Σικελίας. Λεοντῖνος ἐστὶ καὶ ὁ ἐκ Λεοντίνων τῆς Θεσσαλίας. Λεοντῖνος ἐστὶ καὶ ὁ ἐκ Λεοντίνων τῆς Ἀττικῆς.

ΛΕΟΝΤΙΝΟΙ ΑΠΟΙΚΟΙ ΘΟΥΡΙΟΙΣ ΤΟΥΣ ΚΑΤΑΣΤΗΣΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΣ

Λεοντῖνοι ἄποικοι Θουρίοις τοὺς καταστήσαντας τοὺς νόμους Διόδωρος Διοδώρου Συρακόσιος. Τὸ κεφάλαιον Ἀθηνᾶ, ἐπειδὴ ἐν τούτοις ἐστὶν ἡ Ἀθηνᾶ. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνδριάντος ἐστὶν ἐπιγεγραμμένον Διόδωρος Διοδώρου Συρακόσιος. Ἐπὶ τοῦ ἀνδριάντος δὲ τοῦ Διοδώρου ἐστὶν ἐπιγεγραμμένον Λεοντῖνοι ἄποικοι Θουρίοις τοὺς καταστήσαντας τοὺς νόμους. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Διοδώρου ἐστὶν ἐπιγεγραμμένον Διόδωρος Διοδώρου Συρακόσιος. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Διοδώρου ἐστὶν ἐπιγεγραμμένον Λεοντῖνοι ἄποικοι Θουρίοις τοὺς καταστήσαντας τοὺς νόμους. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Διοδώρου ἐστὶν ἐπιγεγραμμένον Διόδωρος Διοδώρου Συρακόσιος.

ſeu juratorum ejusdem ville confirmarunt, quod bona prelibata tam ex donatoris libertate, quam ex temporis preſcriptione ab omnibus cenſibus ſeu juribus quocunque vocabulo cenſeantur, perpetuo libera eſſe debeant & ſoluta, quam ſententiam rite & racionabiliter latam, utpote juri conſonam preſentis ſcripti ac ſigilli noſtri patrocinio confirmamus dantes has noſtre auctoritatis litteras conventui *Uterine vallis* in teſtimonium predictorum. Actum Anno Domini M°. CC°. LXX°. octavo.

CVI.

LITTERE SUPER SEDECIM AMIS VINI AD HOSPITALE NOSTRUM IN *ARBOTSHEIM.*

Nos ſoror *P.* Abbatiſſa totuſque Conventus Monialium in *Ponte ſalutis* tenore preſencium publice profitemur, quod Anno Domini M°. CC°. LXXX°. frater *The.* converſus *Uterine vallis*, Magiſter hoſpitalis ibidem redditus perpetuos ſedecim Amarum vini ad nos ex donacione *Wolferi* militis devolutos nomine hoſpitalis dicti Monaſterii a nobis comparavit pro ſumma pecunie, quam profitemur ab ipſo nomine ipſius clauſtri recepiſſe & in uſus noſtri Monaſterii convertiſſe, quos etiam redditus eidem fratri *The.* nomine hoſpitalis dicti Monaſterii in villa *Arbotsheim*, ubi ſitus eorum eſt, tradidimus & reſignavimus perpetuo pro-

proprietatis titulo poſſidendos, nec quidquam de hiis fratri ſuo, ut, *Hugelino* de *Annewilre* *) ſeu cuiquam hominum preterquam hoſpitali prefato vendidimus, nec ab eis quidquam percepimus occaſione bonorum predictorum, prelibatumque vinum tali pena vallatum fuit, quod ſi quo anno dicta vini penſio ad alios uſus quam ad ſolacium infirmorum in ipſo hoſpitali decumbencium converteretur, eodem anno ipſum vinum in noſtrum infirmitorium daretur pro ſolacio infirmorum & hoc lege perpetua ſervaretur ſub hac forma bonis predictis venditis ſolutis & reſignatis ac aliquibus annis quiete ab ipſo hoſpitali poſſeſſis & perceptis, Venit frater *Th.* ſepedictus ad felicis memorie Dominam *Bernheidim* ante nos Abbatiſſantem & Conventum dicens ſe miſſum ab Abbate & Conventu *Uterine vallis*, quod omnino falſum fuiſſe poſtea comperimus portansque litteras continentes, quod dicta penſio frati ſuo attinere deberet, rogavit ex parte Abbatis & Conventus ſui ſibi ſigillari, cui tanquam veraci homini dicta Domina Abbatiſſa & Conventus credentes litteras ſigillaverunt, compertoque poſtea quod ipſe littere ſine ſcitu & voluntate ſepedictorum Domini Abbatis & Conventus callide fuerint extorte, ipſas tanquam falſas dicta Domina Abbatiſſa dum adviveret litteris patentibus revocavit, ſed & nos que hiis omnibus interfuimus una cum conventu noſtro vivo teſtimonio & hiis litteris patentibus predictas litteras falſas revocamus & pronunciamas irritas penitus & inanes, parate ad preſcripta

*) Civitas formae quadratae quam dividit *Queicha*.

ta omnia obtinenda preſtare corporale, ſi neceſſe fuerit, juramentum. Hec profitemur ſub atteſtacione preſencium litterarum, quibus ſigillum noſtrum appendimus in teſtimonium premiſſorum.

CVII.

LITTERE SUPER BONIS IN *WIZZENBURG.*

Notum ſit ſingulis & Univerſis, quibus exhibitum fuerit preſens ſcriptum, quod Magiſter *Erlewinus* pro ſalute anime ſue Monaſterio *Uterine vallis* contulit tradidit & reſignavit donacione inter vivos curiam ſuam in *Wizzenburg* & vineas in plantario ibidem, particulam vineti in monte de *Wilre* ſub hiis condicionibus verum tamen inter poſitis, quod Nos Abbas & Conventus predicti Monaſterii tenebimur ſibi aſſignare altare in noſtro cenobio, ubi aliquis ſacerdos de noſtris celebrabit cotidie, cum licitum fuerit, miſſam pro defunctis in remedium anime ſue & omnium fidelium defunctorum & nomen ejus in Canone libri, miſſalis eiusdem altaris aſcribetur *) ut ejus perpetua memoria habeatur. Item obtinebimus eidem in generali capitulo noſtro communionem & participacionem cunctorum bonorum que fiunt per univerſum ordinem noſtrum in vita ſua pariter & in morte, facientes eidem ſicut uni de fratrum noſtrorum gremio exiſtenti. Preterea antedic-

*) Ubi fit Memento Defunctorum.

tedictus Magiſter *Erlewinus* in curiis hubariis in quibus prenotata bona jure cenſuali recipienda ſunt, prout in jure civili expedit & conſuetum eſt, prelibatis Abbati & Conventui *Uterine vallis* quiete ac pacifice reſignavit & ipſos in nudam poſſeſſionem eorundem bonorum intrare permiſit. Adjectum eſt eciam premiſſis, quod licet ei ex parte noſtra redimere neceſſitatem ſuam de ſupradictis bonis, ſi tamen evidens & urgens fuerit neceſſitas quoquo modo. Ut autem hec rata & inconvulſa in antea permaneant, deſideramus & petimus preſens ſcriptum ſigillorum Domini Abbatis Wizenburgenſis & ibidem tocius civitatis munimine roborari. Nos Abbas de *Wizenburg* & Univerſitas civium ibidem profitemur hec eſſe vera ſub atteſtacione ſigillorum noſtrorum, que ad peticionem venerabilium virorum Abbatis & Conventus *Uterine vallis* & prefati Magiſtri *Erlewini* huic inſtrumento publico duximus appendenda in robur & teſtimonium preſcriptorum Eccleſie Wizenburgenſis in omnibus jure ſalvo. Teſtes, qui huic reſignacioni interfuerunt, ſunt. *Yſenbardus* Cellerarius. *H.* plebanus de ſancto *Johanne*. *Volcmarus* paſtor Eccleſie in *Odensheim*. *Billungus* paſtor Eccleſie ſancti *Michaelis* & alii quam plures. Actum & Datum Anno Domini M°. CC°. LXXX°. menſe Majo.

CVIII.

LITTERE DOMINI *H.* DE *BANNACKER* CONTRA RUSTICOS QUOD DEBET NOS DEFENDERE TUERI ET MANUTENERE.

Nos *Heinricus* miles dictus de *Bannacker* *) ex parte sereniſſimi Domini *Rudolfi* Regis Romanorum judicio provinciali preſidentes tenore preſencium ad noticiam univerſorum cupimus pervenire, quod Anno Domini M° CC° LXXX° II°. feria tercia proxima poſt feſtum *Martini*, Viri religioſi Dominus *Arnoldus* Abbas & Conventus *Uterine vallis* conſtituti in judicio coram nobis conqueſti ſunt, ſe multipliciter moleſtari a ruſticis in *Gotrameſtein* & eorum complicibus qui Heingereide vulgariter nuncupantur ſuper communione ſilve que vocatur Almeinde, in qua uſuarium plenum ſe habere probaverunt tam ex debito preſcriptionis centum & triginta annorum quam ex tenore privilegiorum ſibi indultorum a glorioſis Imperatoribus & Regibus videlicet *Friderico*, *Heinrico* & *Rudolfo* que coram nobis lecta ſunt & de verbo ad verbum expoſita in judicio provinciali. Quibus auditis & diligenter perſpectis milites ſubnotati & provinciales noſtri, qui tunc judicio intererant, a nobis requiſiti ſub debito juramenti ſui quod pro pace provincie fecerant, ſentencialiter diffiniendo pronunciaverunt dictos Abbatem & Conventum manutenere, defen-

*) Confer. *Schöpfflini Alſatia illuſtrata T. 2. p. 127. & 606.*

Digitized by Google

defendere & tueri in poſſeſſione ejusdem ſilve tam diu quo uſque ſecundum juris ordinem fuerint evicti in prenotata ſilva jurisdiccionem & plenum uſuarium non habere, quam ſentenciam diffinitivam utpote juſtam ac racionabilem gratam & ratem habentes auctoritate regia & nꝓſtra confirmamus & ſigilli noſtri teſtimonio communimus in robur perpetuum premiſſorum. Teſtes, qui huic judicio ac ſentencie interfuerunt, ſunt Dominus *Walramus* comes *Gemini pontis*, *Eberhardus* de *Mulnhuſen*, *Johannes* de *Wachenheim*, *Symon* de *Mulnhoven*, *Ramungus* de *Offenbach* & *Gerhardus* frater ſuus, *Cuno* de *Zeizenkeim* & *Hugo* frater ſuus, *Bobbelman*, *Bertoldus* de *Schiverſtat* & *Waltherus Sniteln*, *Wilhelmus* de *Mumenheim*, *Sigelo* de *jugenheim*, *Berhuſeln* & *Anshelmus* de *Knutelsheim*.

CIX.

LITTERE DOMINI *F.* COMITIS DE *LININGEN* SUPER CONFIRMACIONE SENTENCIE CONTRA RUSTICOS.

Ich der greue *Friderich* von *Liningen* Lanfaut von mines herrn des Romiſchen Kunig *Rudolfes* wegen, tun kunt allen den die dieſen brief geſehent und gehorent iemer me. Daz ein misſehulle wart zuſchen dem Abbote *Arnolde* und ſamenunge von *Uzerſtal* eniſite und den Luiten von *Gotarmeſtein* und den andern dorfen allen den

die zu der heingereide horent ander site ume die gemeinschaft die daz vorgenante Closter uffe den gemeinen walt der die heingereide heizet haten, des kamen sie bedesite an daz Lantgerethe zu *Luterames forst* vor herrn *Heinrichen* von *Bannacker* der von des Riches wegen an minerstat Lantrihter was unn zu gerihte saz. und vervorsprecheten sich bedesite unde kam mit rechtem urteil dar zu daz sie ein ander gelobeten reht zu geben und zu nemen als in die ritter deilten. da leukenten die von der heingereiden die da die heingereite vor antwerten deme closter der gemeinde und des rehtes daz sie mit in uffe den gemeinen walt der die almende heizet haten da wart herteilet dem Abbote und der samenunge mit rehten urteile ane rehte widersprache mohten sie bereden die gemeinschaft uffe die vorbenante almende alse reht were des solten sie geniezen. dez wart in bedesite ein dac gemaht von deme dage uber vierzehen naht und daz geschah von unsers herren geburte tusen jar zweihundert jar, ahtzic jar in deme dritten jare an deme nehesten dinsdage nach deme zwolften dage. von deme dage uber vierzehen nach daz was an deme nehesten dinstage vor unser vrowen hochgezit die da heizet die Lichtmesse. da kamen sie bedesite vor daz Lantgerichte zu *Lutrames vorst*, da berette der Abbot und die samenunge von *Uzerstal* nach deme urteile daz in geuallen was rehte gemeineschaft zu al irme rihtlichen nutze uffe die vorbenante Almende darumbe die missehullen was als in die rittere teil-

teilten uf den eit und alſe ſie zu rehte ſolten. Und behabeten da mit rehteme urteile die gemeinſchaft uffe die vorgeſprochen almende als ir hantfeſten hant die ſie hant von Kunigen und von Keiſern. und daz ſie des riches vaut dar uf durch reht ſchirmen und heien ſol iemer me zu al irme rihtlichen nutze. Und behabeten auch ſie mit urteile daz in der rihtere der von des riches wegen daz gerihte beſaz durch reht ſolte geben einen brief zu einem ewigen urkunde aller der ſachen die hie vorgeſchriben ſint mit ſime Ingeſigele und mit der Lantherren und Lantrittere Ingeſigele die an deme Lantgerihte gegenwertic waren da diz geſchach und dieſe urteil uf irn eit alle lobeten daz ſie reht weren. die in auch werden mit namen und mit urteile zu gezuge geben des ſie gude hantfeſten hant. Und behalteten ſie auch mit urteile von ich von des riches wegen ein Landrichter was und gegenwertic imme lande nit enwas daz diz geſchach ſwanne ich wider zu Lande keme und herfure daz dieſe urteil recht weren ſo ſolt ich durch reth dar uber einen brief geben mit mime Ingeſigel zu einem ewigem urkunde. Darube von dieſe urteil alle alſo gar rihtliche vollebracht ſint daz ſie nieman mit rehte verſprechen mac, ſo gab ich deme Abbete und der ſamenunge alſe mir daz urteil geuallen was dieſen mit minem Ingeſigele von des Landgerihtes wegen zu einer ewigen ſtedekeit aller der dinge die hie vor geſchriben ſint. Und gab in uffe der vorgenante almende da uf ſie mit rechtem ur-

teilen hant behabet ganze gemeineſchaft zu alle me irme rithlichen nutze des riches ſchirm vriden und ban von des riches wegen iemer me.

CX.

SENTENCIA DATA CONTRA RUSTICOS IN GENERALI JUDICIO PER UNIVERSOS MILITES.

Ich *Heinrich* von *Bannacker* Lanfaut von mins herren des Romeſchen Kunig *Rudolfes* wegen an mins herren des greven *Friderichs* ſtat von *Liningen* dun kunt allen die dieſen brief geſehent unde gehorent imerme. daz ein miſſe hullewart zuſchen dem Abbote *Arnolde* und der ſamenunge von *Uzerſtal* einſitde. und den Lutden von *Gotamerſtein* und den andern dorfern allen. die zu der heingereide horent anderſitde, umbe die gemeineſchafft die daz vorbenante cloſter uffe dem gemeinen walt der die heingereide heizet haden. des quamen ſie bedeſithe vor mich an daz Lantgerehte da ich von des riches wegen zu gerihte ſaz. zu *Lutermesvorſt.* und vor fur ſprechetden ſich bedeſitde und quam mit rehteme urteile dar zu ſie einander gelobeten reht zu geben und zu nemene als in die ritder deilten, da Leukenthent die von der heingereiden di da di heingereide vor entwerthent deme cloſter der gemeinden und des rechtes, daz ſie mit in uffe dem gemei-

meinen walt der die almende heizit iahen und hathen. da wart her teilet deme Abbetde und der ſamenunge mit rehtem urtdeil ane rethe widerſprache mohten ſie bereden die gemeinſchaft uffe die vorbenante Almende alſo reht were, des ſolten ſie genizen des wart in bedeſide ein dac gemacht von deme dage uber vierzehen naht, und daz geſchach von unſers herren geburte duſent jar. zweihundert jar ahtzic jar imme dritten jare an deme neheſten dinſtage nach deme zwolften dage. *) Von deme dage uber vierzehen dage daz was an deme neheſten dinſtage **) vor unſer vrowen hohgezit die da heizit die Lihtemeſſe, da quammen ſie bedeſide vor daz Lantgerethe zu *Lutermesvorſt*, da beretde der Abbote und die ſamenunge von *Uzerſtal* nach deme urteil daz in geuallen was rehte gemeineſchaft zu alleme ir rihtlicheme nutze uffe die vorbenante almende darube die miſſehule was, als in die ritdere deilten uf den eit, und alſo ſie zu rehte ſolten und behabeten da, mit rehtem urteil die gemeineſchaft uffe die vorgeſprochen Almende als ir hantfeſtin hant, die ſie hant von Kunigen unde von Keiſern und ſie des Riches vaut daruf durch reht ſchirmen und heigen ſol iemerme zu al irme rihtlicheme nutze. Und behabeten auch ſie mit urteil daz ich in ſolte durch reht von des Lantgerihtes wege geben einen brief zu eime ewigen urkunde aller der ſachen die hie vorgeſchriben ſint mit mime Ingeſigel und daz ich mit in bitden

*) 12. jan.
**) 26. jan.

ſolte die Lantherren und die Lantritder die gegenwertic an deme Lantgerihte waren da diz geſchach und dieſe urteil uf irn eit alle lobeten daz ſie reht weren daz ſie ir Ingeſigele hingen an dieſen brief zu einer ewigen ſtedekeit. Darumbe von diz allez mit rehem urteil zu gangen iſt, ſo gab ich dem Abbote und der ſamenunge dieſen brief beſigelt mit mime Ingeſigele und mins herren des greuen *Emichen* Ingeſigele und hern *withe grauwen* des rihters von *Spire* den min herre der Biſchof von *Spire* dar ſante zu urkunde an ſine ſtat. und herrn *Johannes* von *Metze* der dum herre iſt zu *Spire*, und herrn *Sigeln* von *Hagenowe*. und herrn *frideriches* von *tan*. und herrn *knebtels* von *Berwatſtein* und herrn *Johannes* von *Lichtenſtein* und des Marſchalkes von *Kanel* und herrn *Rannunges* von *Offenbach* die hingen all ir ingeſigele an dieſen brief zu einem ewigen urkunde. wir der greve *Emiche* von *Liningen* und herr *Withegowe* der rihter von *Spire*. herr *Johannes* von *Metze*, herr *Sigele* von *Hagenowe*. herr *Friderich* von *Than* der *Knebteln* von *Berwotſtein*. herr *Johannes* von *Lichtenſtein* der Marſchalg von *Kanel* herr *Ramung* von *Offenbach* veriehen mit unſern Ingeſigelen daz diz ein gantze warheit ſie, Darzu worden deme cloſter dieſe ritther zu gezuge geben, herrn *Cunrat Murſal* von *Than*. herr *Eberhart* von *Mulnhuſen*. herr *Bopelman* herr *Symon* von *Mulnhoven* und ſin ſuon herr *Heinrich*, herr *Eckebreht* von *Rorbach*, und ſine dochtermanne bede her *Arnolt* und auch *Arnolt*. herr *Kuno* von

Zei-

Zeizenkeim und ſin bruder herr *Hug.* herr *Erhart* von *Offenbach.* und herr *Appele.* herr *Erphe* von *Wingarten* herr *Berbuſeln.* herr *Sigele* von *Ingenheim.* und herr *Otdo* von *Ingenheim* herr *Cuonrat* von *Hohenſtat.* herr *Wilhelm* von *Milmesheim.* herr *Bertholt* von *Schiuerſtat.* und ſin bruder herr *Gerhart*, herr *Eberhart* von *Musbach* herr *Sickeman* und ſin bruder herr *Eberhart Snidelauch* herr *Eberhart* von *Rnppretbesburg.* herr *Cunrat* von *Altdorf* und herr *Cunrat* der junge. herr *Billung* von *Vorhenloch.* herr *Cunrat* von *Othersheim* herr *Rudolf* von *Otterbach* herr *Cunrat* von *Appenhouen.* herr *Berdolt Zinko.* und ſin ſuon. herr *Cunrat.* herr *Hug* von *Roode* und herr *Wernher* der vaut von *Bullenkeim.* darzu von der wider parten di di heingereide vorent wertenden waren da gegenwordic di diſe urtheil hortden mit namen. von *Sibeltingen. Herman* und ſin bruder *Bertold Veldung. Wolfeln. Herburt. Cunrat Wizeler*, und ſin ſuon *Volmar. Cunrat Keiſer. Volmar Munchewilres* ſuon, *Arnolt. Heinrich Seizebart*, *Hertwig* der Scheffener von *Albrethswilre*, *Cuonrat* der alte vaut, *Cunrat Smaltz. Diderich* der Schultheitze, *Friderich* der Iunge *Sigelo* von *Gotermeſtein*, herr *Marquart* der ritter. herr *Drutwin Welpf. Cuonrat Orbeter.* von *Franken wilre Heinrich. Heinderich Diderich Dirbecher C. Bonlender*, *Heinric Vilman Richardes* dohterman. *Sigele. Menzel* und ſin bruder. von *Auzdorf* herr *Gerung* der rither. *Hagene* und ſin bruder *Johann Phenner*, *Bertolt* der ſchultheize. *Meingoz. Benze. C.* der *Suter. Helwic Cuonrat*

Keller. Frizemann. herr *Suter. Clobelauch. C.* der Smit der *Ditbericben* ſuon. *Rudeger* der *Swap.* von *Hanenbach. Valke* und *Heinrich* ſin bruder der muller. *Canz* der viſcher. In *Grevenbuſen Sifrit.* von *Rodenbach Heideker* und *Wernher* von *Steinbach. C. Bider Brucken.* von *Kanskirchen* herr *Dankrat* und *Snidewint.* von *Kolkenbach. Bertholt* und *C.* Steinmeze. dieſe waren von der wieder parten alle gegenwordic an deme Lantgerihte. da diſe urteil worden gegeben. Da nach was da manig bider man der diz ſach und horte, und dieſe urteil lobethen daz ſie weren reht.

XCI.

LITTERE SUPER QUIBUSDAM BONIS EMPTIS ERGA *NYCHOLAUM* DE *ANTDENWILRE.*

Nos *Cuonradus* miles dictus de *Obſenſtein* tenore preſencium publice profitemur, quod *Nycholaus* de *Antden wilre* noſter ſervus & uxor ſua *Werndrudis* bona ſua que habuerunt in Marchia ville *Ofenbach* *) Anno Domini M°. CC°. LXXX°. quarto. in craſtino *Johannis* & *Pauli* **) videlicet x jugera agri & dimidium. unum juger prati juſto vendicionis titulo pari conſenſu & communicata manu vendiderunt, tradiderunt & in figura judicii dicte ville publice reſignaverunt viris Religioſis Abbati & Conventui *Uterine vallis* perpetuo pro-

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 291.*
**) 27. jun.

proprietatis titulo poſſidenda, omnibus ſuis heredibus & coheredibus ſeu quibuscunque hominibus non valentibus contraire & hujusmodi contractum tam legittimum impedire, pro XIX. libris hallens. minus duabus unciis, quas dictus *N.* profitetur ſe recepiſſe & in uſus ſuos convertiſſe. In hujus igitur contractus evidenciam preſentem litteram contulimus prelibatis viris religioſis emptoribus noſtri ſigilli munimine roboratam. Actum Anno & die prenotatis.

CXII.

SUPER LITE SEDATA DE PRATO IN *GEROLTSHEIM* SITO.

Nos *Symon* Dei gracia Epiſcopus Wormacienſis tenore preſencium ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod cum dudum inter viros religioſos Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ex parte una & Univerſitatem ville *Dirmeſtein* *) ex altera ſuper prato dictorum Abbatis & Conventus ſito apud villam *Geroltsheim* & via ſeu limite adjacente litis materia verteretur, tandem Anno Domini M°. CC°. LXXX°. quinto in die ſancti *Udalrici* **) dicta lis taliter eſt deciſſa mediantibus viris nobilibus & honeſtis, quorum nomina ſunt ſubſcripta, quod videlicet prelibati Abbas & Conventus in reliquum utantur prato ſuo

*) Duabus horis a civitate Wormatienſi diſtans.
**) 4. jul.

ſuo omni genere utilitatis ſibi competenti prout aliis ſuis pratis adjacentibus uti ſolent. nec predicti villani vel eorum ſucceſſores ipſos ſuper predictis de cetero aliquatenus inpulſabunt. ſed & ſepedicti Abbas & Conventus renunciaverunt omni actioni ſeu juri quo ipſos villanos ſuper predicta lite ſeu limite poſſent inpoſterum inpulſare. In cuius rei teſtimonium nos rogati a partibus hec coram nobis publice profitentibus ſigilli noſtri munimine roboravimus preſens ſcriptum. Actum Anno Domini prenotato coram teſtibus ſubnotatis, qui ſunt *Gerhardus Smuceln. jacobus* de *Oſtein. jacobus* de *Ebeſtein. jacobus* de *Muterſtat. ja. Grucke. Anshelmus in porta* & alii quam plures fide digni in preſcripte compoſicionis teſtimonium convocati.

CXIII.

LITTERE DONACIONIS, QUOD BONA IN *QUEICHEIM* DEBENT CEDERE DECUMBENTIBUS.

Nos frater *Arnoldus* dictus Abbas totuſque Conventus *Uterine vallis* tenore preſencium ad noticiam Univerſorum volumus pervenire, quod cum Venerabiles & dilecte in Xpo matrone *Heidendrut* & *Methildis* ſorores nobis Anno Domini M°. CC°. LXXX°. quinto Univerſa bona ſua ſita in marchia ville *Queicheim* *) titulo donacionis inter

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 291.*

ter vivos donaverint in remedium animarum ſuarum & omnium progenitorum ſuorum pro ipſarum beneplacito diſponenda, nos in recompenſam benivole ac nobis exhibite ipſarum voluntati in omnibus obtemperare volentes promittimus per preſentes, quod ipſis ex hac vita migrantibus quinquaginta ſex maldr. ſiliginis de predictis bonis annuatim lege perpetua dabimus & eque dividemus in infirmitoria noſtra videlicet monachorum viginti octo & converſorum totidem, ut in ſingulis infirmitoriis omnibus ebdomadibus dimidium maldrum ſiliginis a quolibet infirmario ad ſolacium & meram neceſſitatem decumbencium lecto & eorum qui evidenti debilitate compulſi menſam communem tenere non poſſunt, convertatur. Ut omni eorum neceſſitati competenter ſubveniatur, excluſis ab hoc ſolacio ſanis omnibus, quod ſolis graviter infirmis indultum eſt ſub tremendo judicio & teſte conſciencia infimariorum & ſervitorum qui ipſis decumbentibus miniſtrant, qui ſingulis menſibus de annona recepta videlicet ſinguli de duobus maldris Priori, ſuppriori & quatuor ſenioribus de Domo reddent computacionem, & ſi ea ad alios uſus quam voluntatem donatricum, que pro lege tenenda eſt, converterint, coram equiſſimo judice Deo reos ſacrilegii ſe ſciant & penam ſe noſcant incurrere ſubnotatam. Preterea ſi quo tempore decumbentes non ſunt, dicta annona ſervabitur decumbentibus exhibenda. Inſuper Prior, qui pro tempore fuerit, alternis diebus infirmos decumbentes viſitans & inveſtigando diſcens ab eis, ſi quem de-

defectum racionabilem habeant, faciet modis omnibus, quod defuerit, ſuppleri de prehabita penſione, ut ipſarum donatricum anniverſaria bis in anno ſollempniter peragamus. Hiis adjectum eſt, quod ſi quo anno nos vel noſtri ſucceſſores prelibatos annone reditus ad alios uſus quam ſupra ſcriptum eſt, converterimus, eodem anno predictam annonam Dominis de *Herde* dabimus, ut ipſi anniverſaria a nobis neglecta peragant & compenſent, ſalva nobis ſemper proprietate in dictis bonis & ſuis proventibus qui annis ſequentibus, cum hec rite peragerimus, ad nos devolventur ſub pena & condicionibus prenotatis. In cujus donacionis ſeu ordinacionis perpetuum firmamentum hoc publicum inſtrumentum prelibatis Dominis de *Herde* contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Actum Anno Domini prenotato.

CXIV.

LITTERE SUPER ABSOLUCIONE QUORUNDAM BONORUM IN *LACHEN*.

Alexander Decanus totumque Capitulum Spirenſe omnibus preſencium inſpectoribus ſalutem. Cum bona quondam *Al.* Scolaſtici noſtri in *Offenbach* nobis & Eccleſie noſtre pro octo modiis tritici annuis debita fuerint & obligata, ab *Heilmanno* & *Alvolco* filiis *H.* quondam militis dicti *Snidelauch* | in *Lachen* *) recepimus in hujusmodi bono-

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 303.*

bonorum recompenſam ſuper LX. agros campeſtres campi utriuſque ipſis patrimonialibus nobis deſignatos & reſignatos bona predicta in *Offenbach* ipſis & omnibus aliis quitamus, quitos & liberos ab omni noſtro debito profitemur, litteras ſuper hoc dantes publicas & patentes ſigillo noſtri capituli conſignatas. Datum Anno Domini M°. CC°. LXXXVI°. in Craſtino beate *Katherine* virginis.

26. Nov.

CXV.

LITTERE SUPER COMPROMISSIONE IN ARBITROS.

Nos *Ysenbardus* Abbas Monaſterii Hornbacenſis & Nos frater *Arnoldus* Abbas *Uterine vallis* tenore preſencium conſtare cupimus univerſis, quod Anno Domini M°. CC°. LXXX°. VI°. feria ſecunda proxima poſt Purificacionem beate *Marie* convenientibus nobis in loco *Uterine vallis* pro diſcordia habita inter nos de ſilva ſita juxta *Lobium* compeſcenda de conſilio quinque arbitrorum videlicet Domini *Johannis* de *Lichenſtein*. *Bert.* de *Schiverſtat*. *Hugonis* de *Zeizenkeim*. C. de *Altdorf*. militum & *Herbordi* advocati, in quos fuit & eſt omnimode compromiſſum, taliter eſt receſſum, videlicet, quod juramentum quod nos Abbas & Conventus *Uterine vallis* dicto Domino Abbati Horn-

4. Febr.

Hornbacenſi predicta die facere debebamus, per quod arbitrium & mete ſtatutum & ſtatute per *Marquardum* quondam Advocatum dictum *Kaufman* dirimerentur uſque ad Dominicam *Eſto michi* *) concorditer eſt dilatum ſub hac forma, quod medio tempore apud Dominum Spirenſem Epiſcopum abſolucionem hominum invaſorum dicte ſilve intendimus quantum poſſumus fideliter procurare noſtris laboribus & expenſis, quod ſi procurabimus a dicto juramento erimus abſoluti, ſin autem, feria tercia proxima poſt *Letare* **) ipſum juramentum, prout nunc facere debebamus, ſi carere noluerint, faciemus, & quia fuerat compromiſſum, quod trium arbitrorum arbitrium firmum ſtabit, aliis duobus non Valentibus contraire, de hiis arbitris tres ſua ſentencia protulerunt, quod feria tercia proxima poſt *Quaſimodo geniti* ***) Nos Abbas *Uterine vallis* adjunctis nobis duobus viris de confinio natis ydoneis & honeſtis neutre parti attinentibus poſito uno pede ad rivulum Hermannesbach & progredientes ultra ad antiquos terminos, qui fuerant deſtructi tam longe & tam late quam longe & late ſcierimus eſſe noſtrum nobis juramento obtinebimus attinere racione poſſeſſionis quadraginta annorum & ultra pacifice a nobis habite & obtente. Quo facto Nos Abbas in ſola perſona noſtra obtinebimus ſepedicta bona noſtro clauſtro vero proprietatis titulo

*) 24. Febr.

**) 26. Mart.

***) 23. April.

tulo attinere omni occaſione poſtpoſita & remota qualibet contradiccione. Hoc appoſito quod homines ſeminatas ibidem ſegetes ſuas metent nec de ipſis quidquam nobis dabunt niſi decimam ſi obtinuerimus proprietatem. Adjectum eſt eciam quod ſi Nos Abbas *Uterine vallis* ad diem prefixam in perſona propria venire non poterimus, cauſa legittima excuſante, Nos per noſtrum nuncium ydoneum excuſabimus, qui ſi carere noluerint, jurabit nos ſine dolo & fraude non poſſe in perſona propria comparere & hoc ſeptem diebus ante a nobis non poſſe fieri, primam dabimus adverſe parti, habebimuſque quatuordecim dierum inducias prorogatas & ſic ad ternam quindenam repetito ſenſu inducias obtinebimus ad faciendum preſcripto modo facere quod tenemur. ſimiliter nos predictus Abbas Hornbacenſis ſi in perſona propria non poterimus advenire, quemadmodum eſt premiſſum, ſollempnem nuncium ſupplentem in omnibus vices noſtras, qui juramenta preſcripta recipiat & faciat omnia & ſingula que nos faceremus, ſi preſentes eſſemus. cum litteris noſtris patentibus, transmittemus aſſencientes omnibus que idem noſter nuncius duxerit acceptanda. Ceterum prenotati arbitri ſuo arbitrio reſervaverunt, quod quidquid ordinare decreverint, ad prehabita omnia firmiter roboranda liteque decidenda ac pace perpetua inter Nos firmanda liberam habeant auctoritaem predictas cauſas vallandi penis & muniendi, quibuscunque voluerint inſtrumentis. In quorum omnium teſtimonium

& ratihabicionem Nos Abbas Hornbacenſis predictus hoc publicum inſtrumentum prefatis Domino Abbati & Conventui *Uterine vallis* ſigilli noſtri munimine contulimus roboratum. Actum Anno & die prenotatis.

CXVI.

LITTERE SUPER LITE SOPITA DE SILVA *LOYBEN* INTER NOS ET CONVENTUM HORNBACENSEM.

Ea que ad pacem & concordiam ordinantur & racionabiliter pertractantur cauſe vel litis effectum diſcrete compilacio conſiliis providorum debent & egent ſcripturarum teſtimonio communiri, ne proceſſu temporis lapſa a memoria hominum valeant in irritum revocari & ſcruppulo aut verſucia malignorum interpoſitis novas ſuscitant queſtiones. Hinc eſt quod nos *Ysenbardus* Dei gracia Abbas & Conventus Monaſterii Hornbacenſis ordinis ſancti *Benedicti* Metens. Dyoc. tenore preſencium conſtare cupimus univerſis, quod ſopitis & acquietatis discordiis univerſis actenus habitis inter nos ex una parte & *Arnoldum* Abbatem & Conventum Monaſterii *Uterine vallis* Ordinis Cyſterc. Spirens. Dyoc. ex alia pro monte qui dicitur ſumerzenberc ſito in voſago quod vulgariter dicitur Waſſengen *) juxta conſtitucionem

*) *Waſſgau.* Orientale Vogeſi latus ad Alſatiam, occidentale ad Lotharingiam pertinet. Liqueſcen-

nem & ordinacionem Domini *Cuonradi* de *Altdorf* militis arbitri & discretoris ad hoc a nobis constituti, unanimi parcium de consensu sumus amicabiliter & concorditer pacificati in hunc modum videlicet, quod Abbas & Conventus *Uterine vallis* predicti de dicto monte, cujus montis dimidiam partem *Gozo* quondam miles de *Wilenstein* ex obitu patris sui ad ipsum devoluti habuit & possedit, de decima, que ibidem nobis cedit, quatuor maldra siliginis semper in festo beati *Remigii* tenentur & debent nobis nostro monasterio & Ecclesie de *Visbach* in curiam ad *Lobium* annis singulis presentare & ipsa quatuor maldra siliginis noster Villicus de *Visbach* qui est & erit ibidem a nobis pro tempore institutus in dicta curia die predicta ab ipsis nostro nomine accipiet & deducet. In cujus rei testimonium presentem litteram duximus roborandam. Datum & Actum Anno Domini M°. CC°. LXXX°. VI°. Mense Octobri.

scentium in Vogesi dorso nivium decursus & defluentium inde rivulorum divortia Alsatiam a Lotharingia ita distinguunt, ut fons aquas suas in Lotharingiam demittens, Lotharingico tribuatur lateri, Alsatico adscribatur ille, cujus aquae in Alsatiam defluunt.

Digitized by Google

CXVII.

LITTERE DONACIONIS SUPER VINEAS DOMINI *HARTMUDI* IN *DIDENSHEIM.*

Judices Wormacienſes tenore preſencium ad noticiam univerſorum volumus pervenire. quod conſtitutus in figura judicii vir honorandus Dominus *Hartmudus* Canonicus Eccleſie ſancti *Andree* in *Wormacia* coram nobis Anno Domini M°. CC°. LXXX°. octavo in feſto ſancte Trinitatis *) univerſas vineas ſuas in marchia ville *Didensheim* **) ſitas, quas pluribus annis pacifice & quiete tenuit ac poſſedit cum omni jure ſuo per manus noſtras Domino Abbati & Conventui *Uterine vallis* donacione inter vivos tradidit & reſignavit liberaliter & preciſe in puram elemoſinam propter Deum vero ac perpetuo proprietatis titulo poſſidendas petens eos per nos mitti in poſſeſſionem corporalem ipſorum bonorum & renuncians pro ſe ſuisque heredibus & coheredibus omni juris beneficio Canonici & Civilis, quo dicta donacio poſſet inpoſterum impediri. Nos igitur tam ſollempnem donacionem tanquam opus pietatis confirmare volentes ad peticionem ipſius donatoris ſecundum officii noſtri exigenciam prefatos viros religioſos nomine monaſterii ſui miſimus & preſentibus mittimus in poſſeſſionem corporalem ipſorum bonorum. In quorum omnium perpetuum firmamentum hoc publicum inſtrumentum prelibatis

*) 23. Maji.

**) In ſede rurali *Dalsheim.*

batis viris religioſis contulimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Actum & Datum Anno & die prenotatis coram teſtibus ſubnotatis, qui ſunt *Smalz* de *Bockenheim. Theodricus textor.* & *johannes textor* cives Wormacienſes & alii quam plures fide digni in preſcripte rei teſtimonium vocati.

CXVIII.

LITTERE SUPER ABSOLUCIONE UNIUS URNE OLEI, QUAM DEDIMUS ECCLESIE IN *MORNESHEIM.*

Univerſis Xpi fidelibus preſentes litteras inſpecturis *Burkardus* viceplebanus in *Mornesheim* *) & *Anshelmus* miles ejusdem loci dictus de *Gruneberc* ſalutem & credere ſubnotatis. Declaracione preſencium proteſtamur quod Conventus *Uterine vallis* de bonis *Friderici* de *Münſter* & uxoris ejus *Oſilie* urnam olei Eccleſie in *Mornesheim* in feſto *Martini* obligati fuerant preſentare, quam Urnam *Deybolt* filius *Gerlaci* & ſui heredes de poſſeſſione ſua dabunt tempore ſupradicto. Hujus rei teſtes ſunt jurati ville videlicet *Volzo* faber. *Marquardus, Fridericus* de *Bubeln* & filius ſuus *Waltherus. Ramungus* ſenior & *Kyme* de *Ulvensheim.* In hujus rei perpetuum firmamentum preſentem litteram ſigillis noſtris fecimus communiri. Acta ſunt hec Anno Domini M°. CC°. LXXXVIII°. Dominica poſt *Barnabe* Apoſtoli.

13. jun.

*) Vid. *ſubs. Dipl. T. X. p. 296.*

CXIX.

LITTERE COMPROMISSIONIS IN ALIOS ARBITROS SUPER *HEINGEREIDE.*

Nos *Emicho* Dei gracia comes de *Liningen* Universis presentes literas inspecturis nostro claro & veridico testimonio intimamus & cupimus esse notum, quod nos Anno Domini M°. CC°. LXXX°. IX°. proximo Dominica ante festum Conversionis beati *Pauli* *) Apostoli interfuimus apud *Gotrameſtein* die placiti inter religiosos viros Dominum Abbatem & Conventum *Uterine vallis* ex una & rusticos de *Gotrameſtein* & eorum complices, qui Heingereit appellantur ex parte altera coram strenuo viro *H* de *Bannacker* milite judice provinciali per *Spier Goyam* habiti super contencione, que inter prefatas partes super usuagio silve, que Almeinde appellatur vulgariter vertebatur. Ibique ordinavimus vidimus & audivimus quod jure arbitrio fuit indictum *Heinricum* de *Banacker Johannem* dictum de *Metze*, *Eberhardum* de *Mulnhuſen*, *Conradum* de *Altdorff* milites castrenses nostros & *Wernherum* olim Advocatum nostrum de *Landowe* tanquam in arbitros seu arbitratores a partibus antedictis super contencionis seu controversie memorate jure atque materia concorditer compromissum sub ea forma que in instrumento dictorum militum super arbitrio suo confecto plenius continetur. Et quia loco & nomine judicum Spirensium Religiosi viri frater *Wern-*

*) 23. jan.

Wernherus & frater *Nycolaus* ordinis fratrum de *Steyga* domus in *Landowe* *) huic compromiſſioni nobiſcum interfuerunt ex mandato ſeu commiſſione ipſorum judicum Spirenſium ſpeciali preſentes litteras, quas in teſtimonium predictorum ſigilli noſtri robore communimus tam judicum Spirenſium predictorum quam prioris dictorum fratrum in *Landowe*, cum dicti fratres *Wernherus* & *Nycolaus* ſigilla propria non habeant, ſigillis voluimus & procuravimus communiri. Et Nos judices ſpirenſes cum a predictis religioſis viris quos ad diem preſcriptam pro nobis miſimus, de prefato compromiſſo nobis facta fuerit certa fides, Sigillum noſtrum hiis appendimus in teſtimonium preſcriptorum. Similiter ego Prior fratrum ſeu domus in *Landowe* Ordinis de *Steyga* ad preces fratris *Wernheri* & fratris *Nycolai* predictorum ſigillo domus noſtre preſentes litteras ſigillavi. Datum Anno predicto feria ſecunda proxima poſt feſtum Purificacionis beate virginis *Marie*.

7. Febr.

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 290.*

CXX.

LITTERE DOMINI *RUDOLFI* REGIS DE HEINGEREIDE SUPER COMPROMISSIONE IN ARBITROS.

Rudolfus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis ſacri jmperii Romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis graciam ſuam & omne bonum. Accedens jam pridem noſtre Majeſtatis preſenciam ſtrenuus vir *Heinricus* de *Bannacker* miles. Advocatus noſter provincialis per *Spirgowiam* noſtro culmini propalavit expreſſe quod ſuborta queſtionis materia inter honorabiles & religioſos viros Abbatem & Conventum Monaſterii *Uterine vallis* ex una & ruſticos de *Gotrameſtein* & eorum complices qui Heingereit appellantur ex parte altera. ſuper uſuagio ſilve adjacentis fundo monaſterii *Uterine vallis* que vulgariter Almeinde dicitur. placuit utrique parcium in ſtrenuos viros *H.* de *Bannacker* predictum, in *Johannem* militem dictum de *Metze*, in *Eberhardum* de *Mulnhuſen* & *Cuonradum* de *Altdorf* milites nec non in *Wernherum* quondam Advocatum de *Landowe* compromittere. dicteque partes in ipſos tanquam in arbitros ſeu arbitratores compromiſerunt ſuper queſtione premiſſa per viam juris vel compoſicionis amicabilis decidenda. Cum itaque prefati arbitri ſicut ex inſinuatione predicti de *Bannacker* nobis innotuit jurisperitorum & fide dignorum indagato conſilio per liberum hujus compromiſſionis arbitrium inſpectis eciam ipſorum

rum privilegiis *) ab inclitis dive memorie Romanorum Imperatoribus & regibus ipsis indultis pronunciaverunt iidem absque omni ambiguitate & scrupulo: Abbas & Conventus *Uterine vallis* monasterii antedicti ad omnem sui utilitatem tam sectionem lignorum quorumcunque, quam pasturam quorumlibet animalium communione Almeinde predicte absque contradiccione & prohibicione qualibet sicut & rustici libere nanciscì debeant & ipsis uti. Ac quod rustici predicti quidquid juris in communione silve prefate sibi vendicant & se ipsos habere fatentur. Id ipsum & omnino consimile per omnia debeant Abbati & Conventui recognoscere & illibatum pacifice observare. Nos Abbatis & Conventus predictorum predictorumque arbitrorum peticionibus inclinati compromissum & pronunciacionem hujusmodi quem ad modum superius expressum est, ratam habentes & gratam approbamus & auctoritate regia presentis scripti patrocinio confirmamus. In cujus approbacionis & Confirmacionis testimonium & evidenciam pleniorem presens scriptum exinde conscribi & nostre Majestatis sigillo fecimus communiri. Datum *Germirsheim* jdus Aprilis jndiccione secunda. Anno Domini M°. CC°, LXXXIX°. Regni vero nostri Anno sexto decimo.

13. Apr.

*) Vid. *Supra ad an. 1194. 1229.*

CXXI.

LITTERE SUPER CENSU DANDO DE INSULA RENI DICTA *WOLFAUWE.*

Nos Decanus totumque Capitulum Eccleſie ſancti *Germani* extra muros Spirenſes tenore preſencium conſtare cupimus Univerſis, quod Nos & univerſitas ville in *Reinsheim* *) religioſis viris Abbati & Conventui *Uterine vallis* Cyſterc. Ord. Spirenſis Dyoc. conceſſimus in perpetuam emphiteoſim inſulam quandam Reni *Wolfowe* vulgariter nominatam cum omnibus adjacentibus & ad ipſam inſulam pertinentibus piſcariis cum omni jure & utilitate, quo ad Nos hactenus pertinebat hoc modo, quod iidem Abbas & Conventus de eadem inſula nobis tres uncias denariorum ſpirenſis monete dictis autem villanis quatuor uncias & dimidiam ejusdem monete feſto *Georii* perſolvant annuatim. Preterea taurum unum & duos arietes dictis villanis concedent annis ſingulis tempore quo fuerint requiſiti, qui taurus aut arietes ſi forte perierint ex negligencia aut aliqua incuria villanorum, reddent precium pro perdito animali ſecundum taxacionem bonorum virorum. Preterea hoc fuit adjectum in pacto, quod licet iidem villani in inſula prelibata aut ejus pertinenciis nullum uſum ac uſum fructum habeant, liceret tamen eis tempore guerrarum & bellorum in dicta inſula ſua pecora pellere & conſervare, quod ſi hoc Abbati & Conventui non expedierit, permit-

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 323.*

Digitized by Google

mittent dicto tempore guerrarum eosdem villanos ſua pecora pellere & conſervare in eo loco in quo ipſi Abbas & Conventus eciam ſua conſervabunt. Datum Anno Domini M°. CC°. LXXX°. IX°. in vigilia beati *Johannis* Baptiſte. Nos Abbas & Conventus confitemur premiſſa omnia & ſingula eſſe vera ſigillum noſtrum in teſtimonium appendendo.

23. juni.

CXXII.

LITTERE SUPER SENTENCIAM DATAM CONTRA RUSTICOS PER JURISPERITOS SUPER HEINGEREIDE.

Nos Magiſter *Marcius* Scolaſticus ſancti *Germani*. Magiſter *Cuonradus* de *Burgawe*. Magiſter *Heinricus* de *Auguſta* Canonici ſancti *Germani* & Magiſter *Sigelo* prebendarius Majoris eccleſiarum ſpirenſium nec non Magiſter *Fridericus* de *Hagen*. Notum facimus preſencium inſpectoribus univerſis. Quod cum ſtrenuus vir *H.* miles de *Bannacker* Officialis & judex jlluſtris Regis Romanorum *Rudolfi* per *Spirgoigiam*. *Johannes* miles dictus de *Metze*. *Eberhardus* de *Mulnhuſen* & *Cuonradus* de *Altdorff* milites nec non *Wernherus* quondam Advocatus in *Landowe*, qui in lite que ſuper uſuagio ſilve adjacentis fundo Monaſterii *Uterine vallis* que vulgariter Almende appellatur, inter religioſos viros Dominum Abbatem

tem *Arnoldum* & Conventum dicti monaſterii *Uterine vallis* ex una & ruſticos de *Gotrameſtein* & eorum complices qui Heingereide appellantur, ex parte altera vertebatur, arbitri a partibus fuerunt aſſumpti, Nos ſuper tenore privilegiorum Abbatis & Conventus Monaſterii memorati conſulerent. ut juxta formam compromiſſi prout a nobis informarentur, terminarent & deciderent litem ipſam. Nos inſpectis diligenter privilegiis ipſis & primo privilegio fundatoris in quo ſcribitur. ſilve quoque eidem fundo adjacentis que vulgariter Almende nominatur, quam ruſtici frequentant, que juris noſtris ſicut & illorum eſſe dinoſcitur, communionem ad omnem ſui utilitatem fratribus tradidimus paſturam animalium armentorum ovium & porcorum, & ſubditur: ſi quando propter extraneos ſeu vaſtatores communis ſilva, cujus ſuperius fecimus mencionem cuſtodienda eſt, a forinfecis ruſticis duo cuſtodes ab Abbate & ruſticis qui ſunt in valle tercius addendus eſt. ſi quid vadimonii retentum fuerit, tercia pars Abbati & ruſticis qui ſunt in valle dabitur, due partes debentur ruſticis qui forinſecus morantur. Viſo eciam privilegio glorioſi *Friderici* Imperatoris Romanorum in quo dicitur: Omnem quoque Almende ſupradicti Allodii in quolibet genere utilitatis ſue ſuper altare de *Uzerſtal* contradidimus ſicut predicti largitores habuiſſe dinoſcuntur. Demum in ſcripto privilegio glorioſi Imperatoris Romanorum *Heinrici*, in quo dicitur; Preter ea que dicta ſunt, omnem Almende

mende predictorum locorum cum omni genere utlitatis ſue cum univerſis bonis & poſſeſſionibus ſuis, quas eidem Monaſterio Pater noſter dive memorie *Fridericus* Romanorum Imperator ſemper Auguſtus contradidit & privilegiis ſuis confirmavit, Nos Imperiali auctoritate corroboramus & preſenti pagina confirmamus. Inſpecta eciam ſentencia diffinitiva illuſtris Regis Romanorum *Heinrici*, qui dudum orta contencione cum omni genere utilitatis adjudicavit monaſterio uſum ſilve, ſed & inſpecto arbitrio quinque militum, in quos poſtmodum fuit ſub pena periculi cauſe a partibus compromiſſum & firmatum, ut ei ſtaretur arbitrio in quo tres vel omnes ducerent concordandum, qui multa deliberacione prehabita coram pie memorie Domino *H.* quondam Spirenſi Epiſcopo Anno Domini M°. CC°. L°. VI°. taliter arbitrati ſunt quod ſecundum tenorem privilegiorum tam fundatoris quam Imperatorum prefatorum Abbas & Conventus in ſilva communi fundo & poſſeſſioni monaſterii adjacenti, que vulgari nomine Almende nominatur, quam ruſtici frequentant, de qua fuit contencio, liberam habere debeant communionem ſicut & ruſtici ad omnem ſui utilitatem. Ita quod ſi quando unio aliqua vel cuſtodia fuerit facienda de conſenſu utriuſque partis, videlicet Abbatis & ruſticorum fiat. Inſpectis eciam privilegiis illuſtris Romanorum *Rudolfi* a quo cum juribus & libertatibus reliquis Monaſterii memorati eciam illa dicti Regis *Heinrici* ſentencia confirmatur. Viſis eciam literis predicti

dicti Domini *H.* quondam Spirenſis Epiſcopi, in quibus arbitrium militum predictorum conſcribitur & ipſius auctoritate & teſtimonio roboratur, quod quidem arbitrium eciam per ſedem Apoſtolicam eſſe dinoſcitur confirmatum. Sentencia quoque diffinitiva predicti *H.* militis de *Banacker* judicis provincialis ordine judiciario tulit & publice promulgavit diligenter inſpecta, taliter reſpondentes pronunciamus arbitris auditis, quod abſque omni ambiguitate & ſcrupulo Abbas & Conventus *Uterine vallis* monaſterii antedicti ad omnem ſui utilitatem tam ſeccionem lignorum quorumcunque, quam paſturam quorumlibet animalium communione Almende predicte abſque contradiccione & prohibicione qualibet ſicut & ruſtici libere debent uti. Et quod ruſtici prefati quidquid juris in communione ſilve prefate ſibi vendicant & ſe ipſos habere fatentur, id ipſum & omnino conſimile per omnia debent Abbati & Conventui recognoſcere & illibatum pacifice obſervare, non obſtante abſurda declaracione & aſſercione quorundam dicencium quod per hoc quod in illa clauſula privilegii fundatoris *ſilve quoque adjacentis* &c poſtquam dictum eſt ad omnem ſui utilitatem, communionem ſilve fratribus tradidimus, adjicitur, paſturam animalium &c. ad ſolam paſturam animalium limitatur & reſtringitur uſus clauſtri, cum hujusmodi adjectio non ſolum ſpecificandi ſed etiam extendendi & ampliandi ius clauſtri adjecta nullatenus dubitetur, & ſicut hanc lucidam & liquidam veritatem arbitris prefatis conſulti

ſulti reſpondimus pronunciando, ſic ad Univerſorum noticiam ad elidendum litis pernicioſe materiam atque cauſam ipſam cupimus pervenire, cujus rei gracia ſigillis noſtris preſentes literas communimus & eciam ſigillo judicum Spirenſium petimus communiri. Reliqua eciam omnia in privilegiis predictis expreſſa ſine ambiguitate qualibet & ſcrupulo debere intelligi & in ſuo robore obſervari unanimiter decrevimus & dilucide judicamus. Et Nos judices ſpirenſes ſigillum noſtrum ad peticionem dictorum quinque Magiſtrorum una cum ipſorum ſigillis appendimus huic ſcripto, quia omnibus & ſingulis prenarratis interfuimus & ea audivimus, quemadmodum ſuperius eſt notatum. Datum & Actum Anno Domini M°. CC°. LXXX°. IX°. feria ſecunda proxima poſt feſtum Purificacionis beate virginis *Marie*.

7. Febr.

CXXIII.

SENTENCIA DATA CONTRA RUSTICOS PER JURISPERITOS ET MILITES.

Nos *Heinricus* miles de *Banacker* Advocatus & judex illuſtris Regis Romanorum *Rudolfi* per *Spirgauwiam*. *Johannes* dictus de *Metze*, *Eberhardus* de *Mulnhuſen*, *Cuonradus* de *Altdorf* milites preſentibus proteſtamur & notum facimus univerſis quod facta inter nos & diſcretum virum *Wernherum* quondam Advocatum in *Landowe* apud

apud *Gotrameſtein* arbitraria compromiſſione a religioſis viris Domino *Arnoldo* Abbate & Conventu *Uterine vallis* ex una & ruſticis de *Gotrameſtein* ac eorum complicibus qui Heingereite vulgariter appellantur ex parte altera in lite que inter ipſos vertebatur ſuper uſuagio ſilve fundo & poſſeſſioni dicti Monaſterii adjacentis, que Almende vulgariter nominatur, obligantibus ſe ruſticis antedictis periculo pene in privilegiis monaſterii expreſſe, qua tanquam violatores jurium & libertatum Monaſterii antedicti ab illuſtri Rege Romanorum *Rudolfo* juſſi fuerant jam mulctari, quod noſtro arbitrio ſine contradiccione qualibet vellent ſtare. Nos in Civitate Spirenſi partibus convocatis Anno Domini M°. CC°. LXXX°. IX. feria ſecunda poſt feſtum Purificacionis beate virginis *Marie* juxta informacionem & inſtruccionem diſcretorum virorum Magiſtri *Marcii* ſcolaſtici ſancti *Germani*, Magiſtri *Cuonradi* de *Burgauwe*, Magiſtri *Heinrici* de *Auguſta* Canonicorum ſancti *Germani*, Magiſtri quoque *Sigulonis* de *Hagenawe* prebendarii Majoris Eccleſie Spirenſis & Magiſtri *Friderici* de *Hagenauwe* judicii ſpirenſis Aſſeſſoris, quos pro juris conſultis juxta formam compromiſſi predicti elegimus & aſſumpſimus tanquam viros veridicos & peritos & honeſte fame, claritate ac vite meritis fide dignos, ut inſpectis privilegiis, actis & quibuslibet inſtrumentis monaſterii ſpectantibus ad hanc litem, nos de jure utrarumque parcium informarent noſtra arbitraria ac difinitiva ſentencia una cum *Wernhero* give

pre-

predicto concorditer pronunciando adjudicavimus ſepefato monaſterio jus ſubſcriptum, videlicet, quod abſque omni ambiguitate & ſcrupulo Abbas & Conventus *Uterine vallis* Monaſterii antedicti ad omnem ſui utilitatem tam ſectionem lignorum quorumcunque, quam paſturam quorumlibet animalium communione ſilve ſeu Almende predicte de qua contencio vertebatur abſque contradiccione & prohibicione qualibet libere debent uti ſicut & ruſtici memorati & quod nulla inhibicio ſeu condicio ſuper uſuagio ejusdem ſilve que *einunge* vulgariter nominatur, ſine conſenſu Abbatis & Conventus a ruſticis preſcriptis debet ſtatui vel aliqualiter ordinari, ſed tales condiciones ſive *einunge* ſunt de utriuſque partis ſcitu & arbitrio ſtatuende & quod Abbas & Conventus predicti debent eidem ſilve Cuſtodem tercium adhibere & partem terciam recipere de receptis in ea vadimoniis ab ejus vaſtatoribus ſeu retentis, ruſtici vero predicti duos cuſtodes reliquos adhibentes debent recipere reliquas duas partes. Arbitrando quoque pronunciamus, quod ruſtici ſepefati quidquid juris aut libertatis in communione ſilve prefate ſibi vendicant & ſe ipſos habere fatentur, id ipſum penitus & omnino conſimile ac conforme per omnia debent Abbati & Conventui *Uterine vallis* recognoſcere & illibatum pacifice obſervare, non obſtante abſurda declaracione & frivola aſſercione quorundam dicentium, quod per hoc, quod in quadam clauſula privilegii fundatoris, que ſic incipit: ſilve quoque eidem fundo

adjacentis &c. poſtquam dictum eſt ad omnem ſui utilitatem communionem ſilve fratribus tradidimus, adjicitur & ſub infertur, paſturam animalium, armentorum, ovium & porcorum uſus clauſtri & commoditas limitetur & excluſis ceteris utilitatibus quibuscunque ad ſolam paſturam animalium reſtringatur, ſuper hac eciam declaracione ſeu aſſercione prefati jurisconſulti propter calumnias ruſticorum a nobis ſpecialiter requiſiti, ipſam penitus improbantes deteſtati ſunt tanquam frivolam & inanem & racione vacuam atque a veritate remotam patencius monſtraverunt concorditer aſſerentes, quod adjectio ſeu ſpecificacio jam premiſſa nequaquam contra jus monaſterii faciat, ſed pro ipſo, cum intelligencia dictorum ex cauſis ſit aſſumenda dicendi & hujuscemodi adjectio & ſpecificacio memorata non cauſa reſtringendi jus clauſtri, ſed magis graciam extendendi & expreſſis ſpecificacionibus ampliandi jus ipſum adjecta provide & inſerta, nullatenus dubitetur, ſecundum omnia igitur, que premiſſa ſunt & in inſtrumento dictorum Magiſtrorum ſuper ſua reſponſione poſt diligentem inſpectionem & examinacionem privilegiorum monaſterii nobis factam confecto & tam eorum ſigillis quam judicum ſpirenſium ſigillato plenius continetur, arbitraria ſentencia diffinientes & diffinitiva ſentencia, ut predictum eſt, omnia jura & libertates preſcriptas Abbati & Conventui *Uterine vallis* adjudicantes in hiis ſcriptis integraliter, ruſticis ſepefatis noſtra diffinitiva ſentencia ſilencium perpetuum

teneri

teneri periculo pene prescripte in perpetuum judicantes & hujus scripti testimonio declarantes, cui ad robur & perpetuam firmitatem Nos *Heinricus* de *Bannacker*, *Johannes* de *Metze*, *Eberhardus* de *Mulnhusen* milites sigilla nostra duximus appendenda. Ego vero *Cuonradus* de *Altdorf* proprio carens sigillo dictorum coarbitrorum meorum sigillis me usum esse profiteor presentibus & contentum. Actum Anno Domini M°. CC°. LXXX°. IX°. feria secunda post Purificacionem beate Virginis *Marie*.

7. Febr.

CXXIV.

LITTERE DOMINI EPISCOPI SPIRENSIS SUPER ECCLESIAM ET DECIMAM IN *BEBINGEN*.

Fridericus Dei gracia Episcopus spirensis universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quoniam ea que ad perpetuam ordinata sunt utilitatem condecet esse firma, litterarum solent indiciis eternari, ne processu temporis a memoria per exortam oblivionis caliginem evanescant. Dilecti igitur Abbas & Conventus Monasterii *Uterine vallis* Cyst. Ord. nostre Dyoc. nobis humiliter supplicarunt, ut inspecta ipsius Monasterii necessitate vellemus ipsis liberaliter indulgere, quod decimas, proventus & redditus Ecclesie parochialis in *Bebingen* *) nostre

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 303.*

ſtre Dyoc. cujus jus patronatus ad idem Monaſterium *Uterine vallis* pertinere dinoſcitur, ſibi retinere & in communes uſus conventus dicti monaſterii de noſtra permiſſione valeant commutare. Nos igitur eorundem peticioni favore benivolo concurrentes Decani & Capituli noſtri nec non Archidiaconi loci conſenſu unanimi accedente Abbati & Conventui *Uterine vallis* monaſterii predicti auctoritate preſencium libere concedimus, permittimus ac eciam indulgemus. ut cum ipſam eccleſiam *Bebingen* vacare contigerit, univerſas ipſius Eccleſie decimas, primicias, proventus, redditus, cenſus cum omnibus attinenciis ſuis quocunque nomine cenſeantur, ſibi retinere & cum omni jure & utilitate in communes ipſorum uſus valeant commutare. Salva congrua & honeſta perpetui vicarii porcione ab Abbate preſcripti monaſterii *Uterine vallis* preſentandi & per Archidiaconum ibidem inſtituendi, qui nobis & Archidiacono predicto in ſpiritualibus & temporalibus obediat & ad jura de dicta eccleſia *Bebingen* ſolvenda per omnia teneatur. In evidenciam autem & robur omnium premiſſorum prelibato monaſterio *Uterine vallis* perpetuo valiturum preſentes litteras ſigillo noſtro una cum ſigillis Decani noſtrique Capituli nec non & Archidiaconi loci, Abbati & Conventui monaſterii *Uterine vallis* dedimus communitas. Datum & Actum Anno Domini. M°. CC°. LXXX°. nono.

CXXV.

CXXV.

LITTERE SUPER CONCAMBIO FACTO DE PRATIS INTER NOS ET VILLANOS DE *QUEICHEIM.*

In nomine Domini Amen. Nos *Hartmannus* miles ſcultetus in *Queicheim* & tota univerſitas ville *Queicheim* *) notum facimus preſencium inſpectoribus univerſis publice profitendo tamquam in figura judicii conſtituti, quod nos univerſi & ſinguli animo deliberato & conſenſu unanimi ac concordi pro utilitate noſtre communitatis ville voluntarie commutavimus pratum noſtrum ſpectans ad Almeindam noſtre communitatis ſitum in loco qui vocatur zu deme ſewe religioſis viris Domino *Gerlaco* Abbati & Conventui in *Uzerſtal* pro duobus jugeribus prati ſpectantis ad ipſos, ſiti in dem Rode ad ratihabicionem perpetuam dicte communitatis ſive concambii nos & noſtros poſteros univerſos ſtrictiſſime obligantes coram teſtibus ſubnotatis, *Eberhardo* plebano in *Queicheim. Johanne* milite dicto *Ackerman. Gerhardo* dicto *Blanke. Wolvelino* cive de *Landowe. H.* dicto *Swarzgrane. Bert.* dicto *Kyſel*, *Volmaro* filio ejus. *Cuonrado* dicto *Vaut. Hugone* de *Bautiz. Hartliebo* de *Ottersheim. Walkon* piſtore, *Wernhero* dicto *Wirt. Gotzone. H.* de *Visbach. Heroldo. Friderico. Rudelmanno. Hermanno* dicto *Duorſe. Hartmudo* dicto *Hole. Hartlibo* precone. *Hugone* dicto *Erneſt* de *Merlheim. Bert.* dicto *Zeberlin. Arnoldo. C.* dicto

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 291.*

Einolf & allis fide dignis. Ut igitur dicta commutacio seu concambium ad cujus observanciam nos & nostros posteros universos concorditer obligavimus, ut est dictum, perpetuam obtineat firmitatem, presentes litteras supra scriptis religiosis Abbati & Conventui sigillo strenui militis *H.* de *Scharpbenecke* dedimus communitas. Et ego *H.* de *Scharpbenecke* miles prenotatus ad preces Universitatis de *Queicben* prescripte presentes litteras mei sigilli robore communivi. Acta sunt hec Anno Domini M°. CC°. XC°. secundo Dominica proxima ante festum *Galli* Abbatis.

12. Oct.

CXXVI.

LITTERE DONACIONIS FUNDI LACI EX PARTE DOMINI *WIRICI* DE *DUNA*.

Nos *Wiricus* de *Duna* & nobilis Matrona *Kunigundis* conjux nostra presentibus recognoscimus & publice profitemur, quod cum religiosi viri Dominus *Gerlacus* Abbas & Conventus in *Ufferstal* Cysterc. Ordinis Spirensis Dyoc. disponerent ac desiderarent facere lacum sive piscinam in loco qui vocatur *Niderleiben* & hoc sine nostra gracia & consensu perficere non valerent, pro eo quod lacus ille non solum fundum dictorum religiosorum ex una parte ripe, sed eciam fundum nostrum ex altera situm inter eandem ripam & montem qui vocatur mons rubeus occuparet, Nos

divine

divine remuneracionis intuitu pro animarum nostrarum & nostrorum progenitorum remedio & salute eisdem religiosis de *Uzerstal* communicata manu parique consensu irrevocabiliter permisimus, indulsimus & concessimus, ut pro voto & utilitate sua lacum sive piscinam in loco construant memorato eorum religiosorum usui de fundo nostro prescripto tantum libere concedentes, deputantes & presentibus litteris tribuentes, quantum aqua laci prescripti ab eis construendi potuerit occupare, fecimus autem indulgenciam seu concessionem & donacionem prescriptam coram scabinis seu juratis ville *Dribeschеide* & testibus subnotatis ad hoc vocatis specialiter & rogatis, *Eberhardo* plebano in *Dribeschеit*. *Hugone* Advocato de *Horbach*. *H.* de *Gabelsbach*. *Wenzone* de *Wilenstein*. *Berlchone*. *H.* dicto *Virlinc*. *Hellingero* de *Stolzenberc*. renunciantes coram eisdem pro nobis & nostris heredibus universis omni juri & actioni quo vel qua super concessione prescripta predicti religiosi possent a nobis aut nostris posteris inquietari vel aliqualiter perturbari. Ut autem prescripta nostra concessio, permissio & donacio in evum firma permaneat, atque rata, & ne prescriptos religiosos super premissis contingat forsitan impediri vel eciam molestari, presentes litteras eis dedimus sigillo nostro, quo unico uti consuevimus, communitas. Datum & Actum Anno Domini M°. CC°. XC°. III°. in feria secunda Pentecostes.

18. Maji.

CXXVII.

LITTERE SUPER I. URNAM OLEI AD PITANCIAM. *)

Nos frater *Gerlacus* dictus Abbas totusque Conventus *Uterine vallis* Ordinis Cysterc. Spirensis Dyoc. tenore presencium constare volumus universis presencium inspectoribus, quod locabimus & locare promisimus *Heinrico* dicto *Habenit* de *Arbotsheim* jugera infra scripta que dictus *Rube* a nobis habet, quam primum ipse nobis censum de dictis agris non dederit, seu ipsum eadem resignare contigerit, videlicet duale apud crucem. Item dimidium jugerum apud ripam servelingen. Item I. jugerum agrorum retroscripte Domine de *Scharphenecke* ita ut predictus *H. Halenit* habeat & possideat dicta jugera agrorum una cum jugeribus que jam possidet infra scriptis scilicet dimidio jugere an der Rorgaszen. Item duale apud *Drachenburne.* Item juger agrorum inferius an den auwen & nobis nec non nostre Ecclesie de universis predictis jugeribus agrorum in terminis ville *Arbotsheim* sitis, unum cadum olei annis singulis in festo beati *Martini* presentet ad claustrum nostrum *Uzerstal* & assignet. Hoc eciam est adjectum, quod post decessum ipsius *H.* predicta jugera indivisa uni suorum puerorum maneant seniori per quem & nobis predictus cadus olei assignabitur & presentabitur ut est dictum. In cujus rei testimonium nostrum sigillum una cum sigillo opidi

*) Portio specialis ad mensam praesentanda.

di *Landowe*, quod appendi rogavimus, preſentibus ſunt appenſa. Nos ſcabini univerſique cives de *Landowe* profitemur, nos ad preces predictorum Dominorum Abbatis & Conventus ſigillum noſtrum preſentibus appendiſſe. Datum Anno Domini M°. CC°. XXCIII. feria quinta poſt octavam ſancte Trinitatis.

5. Jun.

CXXVIII.

LITTERE SUPER AMA VINI IN *GLISZENCELLEN.*

Sciant univerſi preſentes litteras viſuri, quod Ego *Rudegerus* plebanus de *Landowe* conceſſi ac locavi *H.* dicto *Hetthener* meo ſororio vineas meas in locis ſubſcriptis ſitas ſcilicet unum juger an deme oſtenacker. Item juger an dem Vogel ſange & II. juger an vrov ſchonen helden, in hunc modum, quod dictus *H.* mihi pro tempore vite mee annis ſingulis duas amas *vini Nobilis* *) & III. amas *hunatici* **) *vini* Spirenſis menſure dare debebit. Cum medietate arborei fructus creſcentis in vineis prefatis, & ſi due ame nobilis vini per creſcenciam non poſſent haberi in dictis vineis, talis defectus per vinum melius, quod in dictis creverit vineis, debet ſuppleri, ſine dolo. Verum

*) vom beſten wachsthum.

**) vom geringen wachsthum. Hunſcher, Hundſcherwein.

Digitized by Google

si dictus *H.* dicta non obſervaret vel ſui heredes, ex tunc ordinare poſſem de dictis vineis pro mea voluntate. Poſt vero meum deceſſum predicte vinee dicto *H.* & ſuis heredibus libere & abſolute remanebunt. Hoc adjecto, quod dictus *Hettener* & ſui heredes religioſis viris Conventui *Uterine vallis* annis ſingulis amam vini *bunatici* menſure in *Gliszencellen* pro remedio anime mee cum deceſſero ac meorum parentum memoria perpetua dare debent, Rogans prece humili virum honorabilem Abbatem Monaſterii Clingenſis, ut ſigillum ſuum preſenti apponat littere in teſtimonium premiſſorum. Et nos *Ul.* Dei permiſſione Abbas Monaſterii clingenſis ſigillum noſtrum preſentibus appoſuimus ad preces *R.* prefati conſenſu nihilominus prefati *H.* plenius accedente. Datum Dominica Invocavit Anno Domini M°. CC°. XCV.

20. Febr.

CXXIX.

LITTERE DOMINI *ADOLFI* ROM. REGIS SUPER CONFIRMACIONE OMNIUM PRIVILEGIORUM PRESCRIPTORUM SUPER *HEINGEREIDE* &c.

Adolfus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis graciam ſuam & omne bonum. Divorum Imperatorum &

Re-

Digitized by Google

Regum Romanorum noſtrorum predeceſſorum devocionem katholicam affectu piiſſimo cupientes loca religioſa ad ampliacionem Divini cultus ab ipſis devote plantata beneficiis cumulata & convenientibus libertatibus condonata intendimus in ſuis juribus & libertatibus conſervare & graciosius confovere. Cum itaque religioſi viri *Gerlacus* Abbas & Conventus Monaſterii in *Uzerſtat* Ciſterc. Ord. noſtre Majeſtatis culmen humiliter accedentes a noſtra magnificencia perpetue paci ſue pecierunt ſuppliciter provideri ſuaſque libertates & privilegia confirmari & de benignitate regia innovari noſtris conſpectibus quoque exhibuerunt privilegia ſubnotata, *primo* videlicet privilegium ſue primarie fundacionis ſub ſigillo *Rabodonis* quondam ſpirenſis Epiſcopi conſcriptum. quod ſic incipit. Facile a memoria. in quo deſcripto monaſterii ſui fundo ab eodem Epiſcopo & duobus Germanis ejus *Hartmanno* comite de *Lodenburg* & *Otdone* comite de *Alrebeim* eidem cenobio collato hac clauſula ſubjuncta: *ſilve* quoque adjacentis eidem fundo que vulgari lingua Almeinde nominatur, quam ruſtici frequentant, que juris noſtri ſicut & illorum eſſe dinoſcitur communione & omnem utilitatem fratribus tradidimus paſturam animalium tam equorum quam armentorum, ovium & porcorum. & deinde ſub infertur. jura eciam civilia eidem fundo competencia a progenitoribus noſtris tradita huic carte dignum duximus inſerenda, ne forte ſuccedente tempore excidant a memoria, ſi quando propter extraneos ſeu

ſta-

vaſtatores communis ſilva cujus ſuperius fecimus mencionem, cuſtodienda eſt a forinſecis ruſticis, duo cuſtodes ab Abbate & ruſticis, qui ſunt in valle, tercius accipiendus eſt, ſi quid vadimonii retentum fuerit, tercia pars Abbati & ruſticis, qui ſunt in valle dabitur, due partes dabuntur ruſticis qui extrinſecus morantur. Item privilegium magnifici *Friderici* Rom. Imperatoris Auguſti. ſic incipiens. ſi Eccleſiis & eccleſiaſticis Viris. in quo premiſſa donacione atque deſcripcione allodii ſupradicti cenobii in perſona Imperatoris glorioſiſſimi prenotati hec clauſula eſt annexa: Nos deinde *Uzerſtal* accedentes ſuper altare beate Dei genitricis *Marie* eidem allodium contradidimus ita ſane quod nullus omnino jus advocacie vel aliam poteſtatem ibi habeat vel exercere preſumat preter Abbatem Monaſterii illius loci. & quibusdam interpoſitis ſub infertur: Omnem quoque Almeinde ſupradicti allodii in quolibet genere utilitatis ſue ſuper idem altare de *Uzerſtal* contradidimus ſicut predicti largitores habuiſſe dinoſcuntur & preſcripto ordini libere contuliſſe. Item privilegium Divi Imperatoris Romanorum *Heinrici* ſic incipiens. ſi Eccleſiis &c. & hanc clauſulam continens. preter ea que dicta ſunt omnem Almende predictorum locorum cum omni genere utilitatis ſue, cum univerſis bonis & poſſeſſionibus ſuis quas eidem monaſterio dive memorie pater noſter *Fridericus* Romanorum Imperator ſemper Auguſtus contradidit & ſuis privilegiis confirmavit, Nos Imperiali auctoritate corroboramus

mus & preſenti pagina confirmamus. Item Privilegium *Heinrici* Rom. Regis, quod ſic incipit. Talentum cum lucro. in quo hec diffinitiva ſentencia eſt deſcripta. ſentencialiter ordinavimus & juxta prelibatorum tenorem privilegiorum firmum eſſe decrevimus ut in ſilva fundo prefati monaſterii adjacenti, de qua fuit contencio conventus ipſe ad omnem ſuam utilitatem liberam habeat communionem. Ceterum ſi quando propter extraneos ſeu vaſtatores communis ſilva cuſtodienda eſt, ſecundum quod in fundatoris privilegio eſt ordinatum, teneatur. Item privilegium invictiſſimi Regis Rom. *Rudolfi* illuſtris, quod ſic incipit: Regalis excellencia. In quo cum preſcripto privilegio Imperatoris *Friderici* jam premiſſa Regis *Heinrici* ſentencia confirmatur & favorabiliter innovatur. Item aliud privilegium ejusdem predeceſſoris noſtri, quod ſic incipit; Accedens jam pridem. in quo ab ipſo predeceſſore noſtro dive recordacionis *Rudolfo* approbatur & de certa ſciencia confirmatur ſentencia arbitratoria ac diffinitiva a ſtrenuo viro *Heinrico* de *Bannacker* milite & quatuor aliis coarbitris in eodem privilegio nominatis juxta formam compromiſſi in ipſos facti & tenorem preſcriptorum privilegiorum pro monaſterio lata quod videlicet abſque omni ambiguitate & ſcrupulo Abbas & Conventus *Uterine vallis* Monaſterii antedicti ad omnem ſui utilitatem tam ſectionem lignorum quorumcunque quam paſturam quorumlibet animalium communionem Almende predicte abſque contradictione & prohibicione qualibet ſicut & ruſtici

libere

libere nanciſci debeant & ipſis uti, ac quod ruſtici predicti quidquid juris in communione ſilve prefate ſibimet vendicant & ſe ipſos habere fatentur, id ipſum & omnino conſimile per omnia debeant Abbati & Conventui recognoſcere & illibatum pacifice obſervare, a quibus eciam arbitris parti dicto monaſterio adverſanti ſilencium perpetuum in hac cauſa eſt impoſitum & indictum, prout in inſtrumento pronunciacionis eorundem arbitrorum ſub eorum ſigillis confecto plenius continetur. Nos pretactis omnibus privilegiis diligenter perſpectis & lucide intellectis pie conſideracionis oculum advertentes quod ex eo quod religioſi viri Abbas & Conventus predicti Regalibus obſequiis & Imperialium inſigniorum cuſtodiis ab antiquo a noſtris predeceſſoribus atque nobis ſunt ſpecialiter deputati, ad ipſos debet noſtre benignitatis favor ſpecialius inclinari, omnia pretacta privilegia & contenta in eisdem ſicut provide ſunt conceſſa, ratificamus approbamus, innovamus & preſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre ratificacionis, approbacionis, innovacionis & confirmacionis paginam infringere vel ei auſu temerario in aliquo contraire, quod qui facere preſumpſerit, ſe gravem noſtre Majeſtatis offenſam noverit incurriſſe, & multandum pena que in privilegiis anteſcriptis duorum Imperatorum *Friderici* & *Heinrici* hujuſcemodi transgreſſoribus & injuriatoribus eſt inflicta. In premiſſis omnibus noſtro & Imperii jure penitus tamen

men ſalvo. Datum *Spire* Anno Domini M°. CC°. XCVI°. Indiccione IX. VII. Kal. Auguſti. Regni vero noſtri Anno quinto.

26. Jul.

CXXX.

LITTERE SUPER XX. MALDR. SILIGINIS IN *HANENBACH.*

Nos frater *Burkardus* de *Swanden* Commendator & totus Conventus in *Heimbach* ordinis ſancti *Johannis* hoſpital. jeroſolymit *) Spirenſis Dyoceſis recognoſcimus & profitemur publice per preſentes, Nos religioſis viris Domino *Gerlaco* Abbati & Conventui *Uterine vallis* Ciſterc. Ord. vendidiſſe redditus perpetuos viginti maldrorum ſiliginis ex donacione ſtrenui quondam militis *Johannis* de *Metis* nobis competentes ſuper molendino ſito prope villam *Hanenbach*, ipſum eciam molendinum cum ſubpignoribus nobis pro ſolucione ſeu dicti bladi ſolucionis aſſecuracione nobis obligatis cunctis quoque ejusdem molendini attinentiis nobis competentibus religioſis vendidimus antedictis pro LXXV. libris hallens. pecunie numerate, quas nos fatemur a predictis religioſis integraliter recepiſſe & in utilitatem ſacro ſancte domus hoſpitalis jeroſolym. fideliter convertiſſe, nulli vel nullis eorum jus vendendo vel alias contra juſticiam in aliquo detrahendo. Renunciamus

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 5. p. 308.*

mus eciam omni juri & excepcioni, quibus contra vendicionem preſcriptam venire poſſemus per nos vel per alios quoquo modo omne jus nobis competens in predictis redditibus ſive bonis in cenobium in *Uzerſtal* antedictum libere & concorditer transferentes. In cujus rei perpetuam firmitatem religioſis preſcriptis has preſentes litteras noſtris ſigillis tradidimus communitas. Actum & Datum Anno Domini M°. CC°. XC°. VI°. In craſtino beati *Laurencii* martiris.

11. Aug.

CXXXI.

LITTERE SUPER AQUAM DICTAM SALMENZUC CUM SUIS ATTINENCIIS.

Nos *Heinricus* comes de *Eberſtein* natus Domini *Symonis* comitis *Gemini pontis* quondam, cunctis preſencium inſpectoribus volumus eſſe notum, quod licet nos credentes jus habere in aqua dicta ſalmenzuc in *Reni* fluvio inter ripam Utenheimerbach & *Zigeloven* ſtantem inferius verſus *Spiram*, in cujus aque dicte Salmenzuc poſſeſſione hactenus erant & adhuc ſunt Religioſi viri Abbas & Conventus *Uterinej vallis* actionem & inpeticionem habuiſſemus cum inſtancia in eandem; Tandem a prudentibus & notis dicti loci ſeu aque inſtructi ſumus & informati, ſic quod nullum jus habeamus ſeu habere debeamus nos vel noſtri heredes ſive ſucceſſores, quomodolibet in dicta aqua

ſeu

seu loco Salmenzuc ut superius est distinctum, cum suis attinenciis, & ideo dictas actionem & inpeticionem remittimus simpliciter & in totum pro nobis & nostris heredibus universis, renunciantes eisdem & omni juri, si quod nobis competeret quomodolibet in eisdem aqua cum suis attinenciis & jure piscandi, ut est dictum, Promittentes ad hoc pro nobis & nostris heredibus universis dictos Abbatem & Conventum nec non eorum monasterium de *Uzerstal* & omnes tenentes dictam aquam Salmenzuc & jus sibi attinens ab eisdem non impedire usquequam non impetere per nos vel alios seu turbare in judicio vel extra inposterum vel ad presens, quomodolibet in eisdem fraude & dolo penitus circumscriptis. & in testimonium eorumdem nos *Heinricus* comes predictus pro nobis & nostris heredibus nostrum sigillum appendimus huic scripto. Datum Anno Domini M°. CC°. nonagesimo octavo feria quarta infra ebdomedam Pentheeostes.

28. Maji.

CXXXII.

LITTERE DONACIONIS DOMINI *ADOLFI* REGIS ROM. SUPER ECCLESIAM IN *ANNEWILRE.*

Adolfus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus. Universi sacri Romani Imperii fidelibus graciam suam & omne bonum. Ut eter-

ni Regis celorum thronos continentis & terram concludentis palmo providencia Romani dirigamus molimina Imperii felicius & providencius gubernemus, ea que ſervitoribus Dei ad incrementum commodi, quorum precibus apud altiſſimum adjuvari cupimus perficere & conſummare, que inclite recordacionis Divi Imperatores & Reges Romanorum noſtri predeceſſores feciſſe noſcuntur provide nos delectat. Religioſi itaque viri *Heinricus* Abbas & Conventus Monaſterii *Uterine vallis* Cyſterc. Ord. Spirens. Dyoc. noſtre Majeſtatis preſenciam accedentes nobis humiliter ſupplicarunt ut privilegium inclite recordacionis *Heinrici* Romanorum Regis ſuper Eccleſia de *Annewilre* ipſis conceſſimus, quod de verbo ad verbum preſentibus interſeri fecimus, confirmare de benignitate Regia dignaremur, (*Totum tenorem vid. ſupra ad annum* 1233. *X. Kal. Aprilis Indictione ſexta*) nos ſiquidem dictorum Abbatis & Conventus humilibus ſupplicacionibus favorabiliter inclinati predictum privilegium & omnia in eo contenta approbamus, ratificamus, innovamus, confirmamus & dictam Eccleſiam in *Annewilre* cum jure patronatus & pertinenciis, quam primum vacare inceperit, ipſi monaſterio *Uterine vallis* de novo donamus, ſupplentes defectum ſi quis fuerit in predicto privilegio de noſtre plenitudine poteſtatis. In cujus noſtre approbacionis, ratificacionis, innovacionis, confirmacionis & donacionis de novo teſtimonium hanc litteram exinde conſcribi & Majeſtatis noſtre ſigillo juſſimus com-

communiri. Datum *Oppenheim* Anno Domini M°. CC°. XC°. VIII°. XIX°. Kal. Febr. Indictione XI°. regni vero noſtri Anno VI°.

14. jan.

CXXXIII.

LITTERE QUOD CURIA NOSTRA *SPIRE* OMNIMODE SIT LIBERA ET EXEMPTA.

Nos *Fridericus* *) Dei gracia Epiſcopus Spirenſis univerſis preſentem litteram inſpecturis ſeu eciam audituris veritatis teſtimonium acceptare. Licet affectu ſincero religionem ciſtercienſem cunctis merito venerandam univerſaliter diligamus, precipue tamen Eccleſiam beate *Marie* virginis de *Uterina valle* in qua corporis noſtri ſepulturam elegimus, gratia ſpecialis amoris proſequimur & favoris. Hinc eſt quod eiusdem Eccleſie de *Uterina valle* utilitati pariter & quieti, quantum poſſumus in diſtrictu noſtro & nunc & in poſterum providere volentes, quasdam libertates quas pro ſalute animarum noſtrarum & interventu dilecti nobis *Heinrici* Abbatis & fratrum ſuorum dicte Eccleſie concedimus, preſenti cedule duximus annotandas. In primis videlicet indulgentes, ut in civitate noſtra Spirenſi a theloneo & eo jure quod dicitur Ungelt, a cenſu de domo quam juxta S. *Mauricium* in eadem poſſident civitate & ab omni cenſu ſeu exactione ab aliis

*) Ex Dynaſtis de *Bolandia*.

ſolvenda hominibus prefata *Uterine vallis* Eccleſia & domus ſit libera penitus & exempta etiam de vino quod in predicta civitate & domo in futurum vendunt ſeu vendent, de vino inquam, quod vendent ad brocam, pro quo non tenebuntur ſolvere illud jus quod vulgariter dicitur Ungelt ſed iisdem favoribus gaudebunt, quibus ſcolares & clericales noſtri alii in dicta noſtra civitate gaudere ſciuntur. Preterea permittimus Eccleſie memorate quod de bonis in *Offimbach*, que nunc habet nullam exactionem cuiquam de cetero ſolvere teneatur: de dimidio etiam maldero avene in *Ettenkoben* abſolventes antedictam *Uterine vallis* Eccleſiam decrevimus fore liberam & quitam. Ut autem hec noſtre donationis auctoritas in omne tempus reliquum perpetuam obtineat firmitatem, judices ac Magiſtros civium hujus noſtre civitatis Spirenſis requiſivimus ut ad majorem habundanciam & inviolabile robur preſenti cedule ſigillorum ſuorum munimen apponerent noſtroque adjungerent, quod unanimi conſenſu fecerunt. Actum Anno Dominice Incarnacionis M°. CCC°. primo in craſtino S. *Steffani* Pape & *Martiris*. Hujus rei teſtes fuerunt ex clericis *Johannes* Prepoſitus S. *Germani*, *Arnoldus* Decanus Majoris Eccleſie, *C.* Prepoſitus omnium ſanctorum *Albertus* Canonicus, *Andreas* Scolaſticus, *Burkardus* Canonicus S. *Widonis*. ex laicis, *Johannes Fubs* & *Wernerus Textor* civium Magiſtri, *Cunradus* ad *Columbam*, *Wernerus Sydenſwancz*, junior, *Gotzo*,

*) 3. Aug.

Gotzo, *Lamesbuch*, *Ulricus* de *Rorbus Sigelmannus Guntram* & alii plures fide digni viri.

CXXXIV.

LITTERE SUPER PISCARIAM IN *METERSHEIM* EX PARTE *JOHANNIS* DE *VORST* CIVIS SPIRENSIS.

Nos *Ebelinus* de *Erlekeim* miles & *Mezza* de *Ubestat* conjuges legitime tenore presencium constare cupimus Universis, quod nos pari voto & unanimi consensu vendidimus & nos vendidisse publice profitemur piscinam nostram, quam pro quatuor unceis hallens. annue pensionis ab Abbate & Conventu in *Uzerstal* tenebamus jure hereditario sitam apud *Metersheim* que volgariter dicitur Vischen Wazzer *Johanni* dicto de *Vorst* civi spirensi pro quinque libris hallens. bonorum & legalium, quam pecuniam nos ab eodem *Johanne* integraliter recepisse & in usus nostros convertisse publice profitemur, promittentes eidem *Johanni* plenam Warandiam facere de aqua supradicta & eundem *Johannem* ab omnibus damnis & expensis, si quas eum sustinere contingeret, racione eiusdem a quocumque indempnem penitus reddere & ei expensas integraliter resercire & super eisdem stare simplici verbo *Johannis* supradicti. Renunciamus eciam omnibus excepcionibus juris & facti, per quas contra prefatam vendicionem venire possemus per nos vel per alios quoquo mo-

do. In cujus rei teſtimonium ſigillum Officialis honorabilis Domini Dni Prepoſiti Spirenſis, quod nos *E.* & *Metza* predicti preſentibus appendi rogavimus una cum ſigillo mei *Ebelini* predicti preſentibus eſt appenſum, in teſtimonium premisſorum. Et nos Officialis predictus recognoſcimus noſtrum ſigillum ad preces dictorum conjugum preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum. Datum Anno Domini M°. CCC°. primo. feria quarta poſt Palmas.

29. Mart.

CXXXV.

LITTERE SUPER BONIS COLLATIS EX PARTE *JOHANNIS* DE *WOLMESHEIM.*

Nos *Joannes* Miſeracione divina Abbas cenobii in *Münſter* ord. S. *Benedicti* Spir. Dioc. tenore preſencium conſtare volumus univerſis, quod cauſa que vertebatur inter nos & matrem noſtram ac *Helwicum* fratrem noſtrum Germanum ex una & honorabiles viros Dominum Abbatem ac Conventum *Uterine vallis* ex parte altera racione bonorum in *Lenſenwilre* *) a *Johanne* pie recordacionis quondam vice-plebano in *Wolmesheim* eis donacione inter vivos collatorum, que quidem bona excolit *Heinricus* dictus *Hamerſtein* eſt amicabiliter & concorditer terminata, renunciantes omni actioni, peticioni, inquiſicioni, que nobis vel

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 296.*

Digitized by Google

vel noſtris coheredibus competere poſſet in dictos honorabiles viros pretextu bonorum predictorum. Sunt autem bona hec videlicet domus & ortus eidem contiguus, quinque jugera & unum quartale vinearum in terminis dicte ville ſitarum, promittimus eciam bona fide prefatos honorabiles viros nos non velle trahere in judicium Eccleſiaſticum vel ſeculare modis ſeu cauſis antedictis, tradentes & aſſignantes eis ſepedicta bona in Cimiterio Eccleſie in *Lenſewilre* titulo proprietatis ac libertate hereditaria perpetuo poſſidenda, preſentibus perſonis infra ſcriptis videlicet *H.* ſculteto dicto *Phanneſcherre*, *Ulrico* ſculteto, *Bertoldo* filio ejus. *C.* in Monte. *Ludewico* uf deme Reine. *Bert.* juxta ripam. *H.* dicto *Hamerſtein* & ceteris fide dignis ad hoc vocatis ut in premiſſis teſtimonium perhibeant veritati. In quorum robur & evidenciam has litteras tradidimus noſtro ſigillo communitas. Datum Anno Domini. M°. CCC°. II°. in Epiphania Domini &c.

6. jan.

CXXXVI.

LITTERE SUPER BONIS REEMPTIS IN *OSSINGEN* ERGA MONASTERIUM *PONTIS SALUTIS.*

Nos Soror *Clemencia* dicta Abbatiſſa totusque Conventus Sanctimonialium in *Ponte ſalutis* univerſis preſens ſcriptum intuentibus notum facimus in hiis ſcriptis, quod bona noſtra in villa

Offingen *) sita ac a Domino Abbate & Conventu *Uterine vallis* quondam comparata justo vendicionis titulo vendidimus Domino *H.* Abbati & Conventui prefate Ecclesie pro quingentis libris hallens. numerate pecunie tradite & solute & pro decem maldris siliginis & totidem maldris spelte, protestantes universa bona in predicta villa *Offingen* a nobis usque huc possessa justo proprietatis titulo de cetero absque ulla perturbacione nostri Conventus a prefatis Dominis Ecclesie *Uterine vallis* in perpetuum debere possidere. & ut hec rata & inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine, quo unico utimur, duximus roborari. Acta sunt hec Anno Domini M°. CCC°. III°. in vigilia Annunciacionis.

24. Mart.

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 299.*

CXXXVII.

LITTERE DOMINI *ALBERTI* ROM. REGIS SUPER CONFIRMACIONE PRIVILEGIORUM PRAESCRIPTORUM SUPER *HEINGEREIDE* &c.

Albertus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus Universis sacri Romani Imperii fidelibus graciam suam & omne bonum. Regalis Excellencia tunc precipue auctori suo per quem sumpsit plenitudinem potestatis, devocionis

nis ſue reddit meritum, cum ob ejus reverenciam religioſarum perſonarum juſtis ſupplicacionibus ſe inclinans venerabilia ipſarum loca & in eis Domino famulantes pia ſtudet providencia in ſuis juſtis peticionibus confovere. Hac itaque conſideracione ducti notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod conſtituti in noſtre Majeſtatis preſencia honorabiles & religioſi viri *Heinricus* Abbas & Conventus *Uterine vallis* devoti noſtri dilecti Cyſterc. Ord. Spirenſis Dyoceſis a noſtra magnificencia perpetue pacis ſue pecierunt ſuppliciter provideri ſuaſque libertates & privilegia confirmari & de benignitate regia innovari, noſtris quoque conſpectibus exhibuerunt privilegia ſubnotata, primo videlicet privilegium ſue primarie fundacionis ſub ſigillo *Rabodonis* quondam Spirenſis Epiſcopi conſcriptum, quod ſic incipit: Facile a memoria. (Sequuntur omnium chartarum ſupra poſitarum a Regibus & Imperatoribus Romanorum datarum ut in diplomate *Adolfi* Imperatoris de anno 1296. uſque ad verba: Noſtro & Imperii jure penitus tamen ſalvo.) Datum *Spire* Anno Domini M°. CCC°. III°. tercio Idus januarii Indiccione prima Regni vero noſtri anno quinto. Signum Domini *Alberti* Romanorum Regis invictiſſimi. Ego *Johannes* Imperialis aule Cancellarius vice Domini *Gerhardi* Archiepiſcopi Maguntini ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarii recognovi.

11. jan.

CXXXVIII.

LITTERE SUPER X MALDRA SILIGINIS ET OCTO TRITICI IN *WISHEN* EX PARTE DOMINI *WIRICI* DE *DUNIS*.

Nos *Kunigundis* Domina de *Dunis*, *H.* *) Prepoſitus Major Wormacienſis nec non *Emicho* Domicellus de *Duna* tenore preſencium recognoſcimus & publice profitemur quod nobilis vir Dominus & pater noſter felicis recordacionis *Wiricus* de *Duna* ſenior cum in extremis mortis ſue laboraret de noſtro pleno conſenſu & libera voluntate legavit, dedit & contulit perfecta donacione Religioſis viris Abbati & Conventui Monaſterii de *Uzerſtal* Cyſterc. Ord. Spir. Dyoces. X. maldra ſiliginis & octo maldra tritici in curia noſtra apud *Wishen* que dicitur hubhof abſque inpeticione qualibet perpetuo poſſidenda. pro anime ſue noſtrarum animarum ac aliorum ſuorum progenitorum remedio & ſalute. tali interpoſita condicione nichilominus quod prefati viri religioſi ſuum debent anniverſarium ſingulis annis rite & racionabiliter celebrare. in illis diebus quatuor temporum videlicet proximis ante Nativitatem Domini noſtri Jheſu Xpi. Adjectum eſt eciam quod nos vel noſtri heredes prefatos redditus teſtamenti cum octoginta libris hallens. bonorum & legalium redimere poſſumus contradiccione predictorum virorum qualibet non obſtante. Et ipſi viri ſepedicti eandem pecuniam pro aliis redditibus imme-

*) *Henricus* de *Duna*.

immediate dabunt & locabunt in loco ubi ipsis & clausstro melius & plenius videbitur expedire. si vero quod absit viri religiosi prenominati anniversarium predicti Domini & patris nostri ut est pretactum singulis annis non peragerent nec sollempniter celebrarent, redditus antedicte legacionis clausstro & monialibus de *jnckenbach* cedent & cedere debebunt illo tantum anno, quo conventus per negligenciam officialium fraudabitur, ita sane quod antedicti redditus anno sequenti ad ipsos redibunt absque contradictione aliqua prout in litteris virorum antedictorum super hoc confectis & nobis traditis plenius continetur. In quorum omnium testimonium & perpetuam firmitatem presentes litteras prefatis viris religiosis dedimus nostris sigillis communitas. Testes hujus donacionis & legacionis sunt hii. Prepositus Lutrensis. Prepositus de *Inkenbach.* Dominus *Godelmannus* de *Dornswilre.* Dominus *Slumppo* de *Gemino ponte.* *Cuonradus* plebanus de *Horbach.* Advocatus *Hugelinus* de *Horbach* & alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Anno Domini M°. CCC°. III°. in crastino beate *Lucie* Virginis.

14. Dec.

CXXXIX.

CXXXIX.

LITTERE *ALBERTI* ROM. REGIS SUPER CONFIRMACIONE ECCLESIE IM *ANNWILRE.*

Albertus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus graciam ſuam & omne bonum. Quanto nos alcius exaltavit altiſſimus, tanto benignius inſpiravit in nobis ſpiritum voluntatis illius qui ad Zelum fidei Criſtiane nos provocat, ad juſticiam dirigendam ſollicitat & ad ſacroſanctas Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas, in quibus & per quas pro noſtre ſalutis augmento placabiliter exoratur favorabiliter promovendas invitat & afficit mentem noſtram. Hac itaque conſideracione ducti notum volumus eſſe tam preſentibus quam futuris, quod conſtituti in noſtre Majeſtatis preſencia honorabiles viri *Heinricus* Abbas & Conventus Monaſterii *Uterine vallis* Cyſterc. Ordinis devoti noſtri dilecti nobis humiliter ſupplicarunt, quod privilegium inclite recordacionis *Heinrici* Rom. Regis ſeptimi ipſis conceſſum & indultum confirmare & innovare de benignitate Regia dignaremur. (Tenorem vide ſupra ad an. M°. CC°. XXX°. III°. X. Kal. Aprilis.*) Indict. ſexta.) Nos igitur pietate ſolita qua profectum & libertatem omnium Eccleſiarum complectimur, predictorum Abbatis & Conventus *Uterine vallis* devotis ſupplica-

*) 23. Mart.

Digitized by Google

plicacionibus annuentes prefatum privilegium divine retribucionis intuitu & pro noſtre ſalutis augmento innovamus, confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre innovacionis & confirmacionis paginam infringere vel ei auſu temerario contraire; quod qui fecerit gravem Majeſtatis noſtre offenſam ſe noverit incurriſſe. Datum *Spire* Anno Domini M°. CCC°. III°. II°. jdus januarii Indiccione prima regni vero noſtri Anno quinto.

12. jan.

CXL.

LITTERE SUPER BONIS IN *ULVENSHEIM* NOBIS COLLATIS EX PARTE *ENGELMANNI* PLEBANI IN *WERDE.*

Ulricus Prepoſitus Eccleſie Herdenſis *) univerſis preſencium inſpectoribus & auditoribus ſalutem in Domino & credere ſubnotatis. Univerſis & ſingulis notum eſſe volumus & in animam noſtram teſtamur, quod preſentibus nobis in propria perſona, *Friderico* Priore, *Joanne* dicto de *Rulzgesheim* noſtris cpncanonicis & *Iringo* ſacerdote de *Zabern*, *Engelinus* plebanus in *Werde* in extre-

*) Canonicorum Regularium collegium inter *Tabernas Rhenanas* & *Germersheimium Hermannus* quidam, vir illuſtris, in allodio ſuo An. MCIII. conſtruxit.

extremis ſuis laborans legavit ſponte & puro eorde pro remedio anime ſue viris religioſis Domino Abbati & Conventui Monaſterii in *Uzerſtal* vineas ſuas in villa ſeu terminis *Ulvensheim* quas tunc temporis habuit & poſſedit. quod ſi neceſſe fuerit probacionibus, prout de jure probandum fuerit loco & tempore oportunis. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram dictis Domino Abbati & Conventui noſtro ſigillo tradidimus communitam. Datum Anno Domini M°. CCC°. VI. feria ſecunda ante *Lucie* Virginis.

12. Dec.

CXLI.

LITTERE DOMINI *HEINRICI* ROM. IMPERATORIS SUPER CONFIRMACIONE PRIVILEGIORUM NOSTRORUM SUPER HEINGEREIDE.

Heinricus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus graciam ſuam & omne bonum. Accedentes ad noſtre Majeſtatis preſenciam honorabiles & religioſi viri Abbas & Conventus *vallis Uterine* devoti noſtri dilecti Cyſterc. Ord. Dioc. Spir. nobis humiliter ſupplicarunt. ut privilegia ſuaſque libertates confirmacioni dive recordacionis *Alberti* Romanorum Regis anteceſſoris noſtri inſerta & inſertas ipſis & ſuo monaſterio confirmare de benignitate regia dignaremur, cujus Confirmacionis

nis & privilegiorum tenor talis eſt: *Albertus* Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus graciam ſuam & omne bonum. Regalis Excellencia &c. (*Vid. ſupra ad. an.* 1303. *& ibi citata.*) Nos itaque dictorum Abbatis & Conventus propter ſue devocionis merita, ſupplicacionibus annuentes gracioſe. Omnia pretacta privilegia & contenta in eis prout rite & provide ſunt conceſſa, ratificamus approbamus innovamus & preſentis ſcripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre ratificacionis, approbacionis, innovacionis & confirmacionis paginam infringere vel ei auſu temerario contra ire. quod qui facere preſumpſerit ſe gravem noſtre Majeſtatis offenſam noverit incurriſſe. In cujus ratificacionis, approbacionis, innovacionis & confirmacionis teſtimonium preſentes literas exinde conſcribi & majeſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. Datum Spire IIII. Idus Marcii Indiccione VII. Anno Domini M°. CCC°. IX°. Regni vero noſtri anno I°. Ego frater *Heinricus* Abbas Vilarienſis Ord. Cyſterc. Dyoc. Metenſis Imperialis Cancellarius vice Domini *Petri* Archiepiſcopi Maguntini ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarii recognovi.

Signum Domini *Heinrici* Romanorum Regis invictiſſimi.

12. Mart.

CXLII.

Digitized by Google

CXLII.

HEINRICI VIII. IMP. CONFIRMATIO SUPER ECCLESIAM IN *ANNEWILRE.*

Heinricus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus Univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus graciam ſuam & omne bonum. Quanto nos altius exaltavit Altiſſimus.) *Tenor idem qui in confirmatione ejusdem Eccleſie ab Alberto Rom. Rege ad annum M°. CCC°. III. legitur*) Deinde ſequitur privilegii confirmacio ab *Heinrico VII.* facta anno M°. CC°. XXXIII° &c.) dein:

Nos igitur pietate ſolita qua profectum &c. (Ut in privilegio *Alberti* Rom. Reg. ſupra fato.) Tandem concluditur:

Datum in *Landowe* XVI. Kal. Aprilis Indict. VII. Anno Domini M°. CCC°. nono. Regni vero noſtri Anno primo.

17. Mart.

CXLIII.

LITTERE *SYBODONIS* EPISCOPI SPIRENSIS &c. SUPER INCORPORACIONEM ECCLESIE IN *ANNEWILRE.*

Sibodo *) Dei gracia Spirenſis Epiſcopus dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine vallis* Cyſterc. Ordinis eiusdem Dyoc. ſalutem in Domino

*) Ex Alſatiae familia de *Lichtenberg.*

Domino ſempiternam. Religioſitatem veſtram favore debito proſequentes vobis de conſenſu Capituli noſtri nec non Archidiachoni loci tenore preſencium indulgemus & concedimus, ut decimas, proventus, cenſus & redditus Eccleſie parochialis in *Annewilre* noſtre Dyoc. cujus jus patronatus ad vos ex donacione regia dinoſcitur pertinere, poſſitis percipere, quam primum ipſam vacare contingerit, ſalva congrua & honeſta porcione fructuum & proventuum eiusdem Eccleſie deputanda & aſſignanda pro ſuſtentacione perpetui vicarii ſacerdotis in eadem Eccleſia reſidentis per Abbatem prefati Monaſterii preſentandi & per Archidiachonum loci inſtituendi, qui Epiſcopalia & Archidiachonalia jura perſolvere teneatur & ad obedienciam debitam & conſuetam. In quorum evidenciam & perpetui roboris firmitatem ad peticionem honorabilis Domini *Heinrici* Abbatis Vilarienſis Cyſterc. Ord. Metenſis Dyoc. Imperialis aule Cancellarii preſentibus litteris ſigillum noſtrum una cum ſigillo Capituli Eccleſie noſtre ſpirenſis nec non Archidiachoni loci duximus appendendum. Actum Anno Domini M°. CCC°. IX°. feria tercia ante *Gregorii* Pape.

11. Mart.

CXLIV.

LITTERE SUPER UNA URNA OLEI AD INFIRMARIAM MONACHORUM.

Heinricus divine Miſeracionis Abbas Clingenſis Monaſterii Spirens. Dyoc. univerſis quibus preſentes littere exhibite fuerint, volumus eſſe notum, quod conſtituti in noſtra preſencia *Hermannus* carnifex & *Agnes* uxor ſua de *Münſter* vendiderunt & tradiderunt ac ſe vendidiſſe ac tradidiſſe publice ſunt confeſſi Domino Abbati & Conventui *Uterine vallis* unam urnam olei perpetui cenſus ſolvendam ſingulis annis in feſto ſancti *Martini* aut infra octavam ipſius atque preſentandam in *Uterina valle* ad infirmitorium Monachorum ſecundum menſuram *Uterine* monaſterii ac infirmitorii prenotati de bonis eorundem videlicet de I. jugero conſito arboribus in loco dicto ame heisbuhel juxta curiam *Harttungi* ſito in marchia ville *Münſter*. Item de duobus jugeribus vinearum ſitis in terminis ville *Gliszencellen* *) in loco dicto imme Reche juxta *Waltherum* Carnificem pro precio ſex librarum cum dimidia hallens. quam pecuniam profeſſi ſunt ſe recepiſſe & in utilitatem ipſorum convertiſſe integre & complete. Conſtituentes quoque prefati conjuges Warandos ſeu fide juſſores prelibatis viris religioſis per annum & diem ſecundum quod eſt juris videlicet *Wolframum* dictum *Hulwecke* & *Nicolaum* filium ſuum. Hujus rei teſtes ſunt frater *Sigulo* ſacer-

*) vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 295.*

ſacerdos ac Infirmarius cenobii prenotati. Item *rufus* ſutor. *Ditzo* dictus *Hulwecke.* Item in *Gliſcenzellen Ulmannus* in der ſteingazzen *Frizo* medicus, dictus *Hedener. Wernherus* dictus *Vriſe* & *H.* frater ſuus & dictus *Heckin* ac alii multi fide digni. Ne autem in predictum Monaſterium *Uterine vallis* a quoquam hominum poſſit aut debeat inpoſterum aliqua calumpnia ſuboriri, preſentem cedulam prelibatis viris Religioſis nos *Heinricus* Abbas predictus contulimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Actum Anno Domini M°. CCC°. X°. in feſto ſancti *Vincentii* Martiris.

22. jan.

CXLV.

LITTERE DOMINI *HEINRICI* PIJ IMPERATORIS SUPER ECCLESIAM IN *OTTERSHEIM.*

Heinricus *) Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis graciam ſuam & omne bonum. Sanctis quidem & juſtis inſiſtere propoſitis Deo creatori noſtro prout credimus eſt obſequium gratum & racionabile exhibere. Ad hoc igitur Regalis intencionis aciem convertimus, quod glorioſiſſime virgini genitrici Dei *Marie* ſuiſque ſanctis, ſanctiſſimis videlicet Confeſſoribus *Benedicto* & *Bernhardo* Cyſtercienſium primitivis inventoribus rectoribus & conſer-

*) Huius nominis VII.

vatoribus ad incrementum laudis divini nominis noſtre devocionis inſignia preſentemus & eosdem in ſue religionis profeſſoribus donis regalibus favorabiliter honoremus. Hinc eſt, quod nos religioſorum virorum Abbatis & Conventus Monaſterii *Uterine vallis* Cyſterc. Ord. devotorum noſtrorum dilectorum commodis & profectibus cum affectu benivolo conſulere cupientes, jus patronatus Eccleſie in *Ottersheim* *) Spirenſis Dyoc. quod nobis & Imperio pertinere dinoſcitur, Abbati & Conventui ac Monaſterio predictis concedimus, donamus & in eos transferimus de Regie plenitudine poteſtatis, ſtatuentes & auctoritate preſencium firmiter inhibentes, ne ulla deinceps perſona alta vel humilis, eccleſiaſtica vel mundana cujuſcunque condicionis aut ſtatus exiſtat, memoratis Abbati, fratribus vel monaſterio prejudicium, impedimentum aut gravamen aliquod inferat in premiſſis, quod qui facere preſumpſerit, indignacionem noſtram graviſſimam ſe noverit incurriſſe. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras noſtre Majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum *Mediolani* III. idus februarii Anno Domini M°. CCC°. XI°. Regni vero noſtri anno tercio.

11. Febr.

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 292.*

CXLVI.

Digitized by Google

CXLVI.

LITTERE SUPER X. SOL. HALL. AD PITANCIAM.

Nos *Heinricus* permiſſione divina Abbas in *Clingen* monaſterio Spirens. Dioc. ad univerſorum tam preſencium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod ſub Anno Domini M°. CCC°. XIII° feria ſecunda poſt paſcha *) conſtituti in noſtra preſencia *Ramungns* de *Mornesheim***) & *Gezela* ejus uxor legittima vendiderunt & ſe juſto vendicionis titulo pubiice vendidiſſe recognoſcunt, religioſis viris Domino Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine vallis* Ord. Cyſterc. Spir. Dioc. penſionem decem ſolidorum hall. redditus perpetui bonorum & legalium ſingulis annis in feſto beati *Martini* ipſis ſeu eorum procuratoribus ſolvendam vel cum requiſiti fuerint preſentandam, pro precio ſeptem librarum hall. bonorum, quod quidem precium dicti conjuges publice confeſſi ſunt ſe recepiſſe ac ſibi numeratum, traditum & ſolutum fuiſſe nec non in uſus ſuos integre convertiſſe. Preterea ut dicti Abbas & Conventus cerciores exiſtant de ſolucione cenſus decem ſolidorum antedictorum, ipſi conjuges bona infra ſcripta dictis emptoribus pro ſubpignore conſtituerunt, videlicet unum juger vinee cum dimidio quod dicitur der Satz ſitum bi der herſtrazzen infra vineam que vulgariter dicitur der Wendeln acker

*) 16. Apr.

**) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 296.*

& vineam que pertinet ad capellam beati *Nycolai*, que bona, ſi ijdem conjuges aut ipſorum heredes in ſolucione cenſus antedicti aliquo anno negligentes exiſterent, ipſi emptores ſibi attrahent ſecundum conſuetudinem terre generalem & de eisdem pro ſua voluntate diſponent contradictione qualibet non obſtante. Et notandum, quod de iſtis bonis nullus omnino cenſus datur, niſi id quod eſt juris noſtri videlicet tres obuli. In cujus rei teſtimonium ad preces dicti *Ramungi* & *Gezele* uxoris ejus cartam hanc tradimus religioſis viris Abbati & Conventui in *Uzerſtal* ſigilli noſtri munimine roboratam.

CXLVII.

LITTERE DOMINI EPISCOPI, CAPITULI ET PREPOSITI SUPER INCORPORACIONEM ECCLESIE IN *OTTERSHEIM*.

Emicho *) Dei gracia Spirenſis Epiſcopus dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine vallis* Cyſt. Ord. ejusdem Dyoc. ſalutem in Domino ſempiternam. Religioſitatem veſtram favore debito proſequentes vobis de conſenſu Capituli noſtri nec non Archidyachoni loci tenore preſencium indulgemus & concedimus ut decimas,

*) Comes de *Leiningen* ſede Spirenſi juſſu *Ludovici Bavari* Imperatoris impoſitus cum comes *Georgius* Veldentinus & *Arnoldus* ab *Ochſenſtein* in Moguntia eligerentur a Capitulo.

Digitized by Google

mas, proventus, census & redditus Ecclesie parrochialis in *Ottersheim* nostre Dyocesis, cujus jus patronatus ad vos ex donacione regia dinoscitur pertinere, possitis percipere & in usus vestros ac vestri monasterii convertere, quam primum ipsam vacare contingerit, salva congrua & honesta porcione fructuum & proventuum eiusdem Ecclesie deputanda & assignanda pro sustentacione perpetui vicarii sacerdotis in eadem ecclesia residentis per Abbatem prefati monasterii presentandi & per Archidiaconum loci instituendi, qui Episcopalia & Archidiachonalia jura persolvere teneatur & ad obedienciam debitam & consuetam. In quorum evidenciam & perpetui roboris firmitatem sigillum nostrum una cum sigillo Capituli Ecclesie nostre Spirensis nec non Archidiaconi loci duximus appendendum. Actum Anno Domini M°. CCC°. XIIII°. feria tercia post octavam Apostolorum *Petri* & *Pauli*.

9. jul.

CXLVIII.

LITTERE SUPER IIII. JUGERA AGRORUM IN *MULNHUSEN*.

Nos Prior totusque Conventus fratrum de *Steyga* (a) ordinis sancti *Augustini* Domus in *Landowe* notum facimus universis presentes litteras visuris, quod nos gravati honere debitorum

a) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 290.*

vendidimus unanimo de conſenſu diſcreto viro dicto *Starcken* de *Mulnbuſen* (b) quatuor jugera agri ſubſcripta terre arabilis ſita in terminis ville prenotate, quorum unum jugerum eſt juxta agrum dictum Gerzeacker, ſecundum vero juger ſitum eſt juxta arborem Domine dicte *habenictin*, tercium eſt ſitum an dem Virſtwege verſus *Arbetheim*, quartum autem juger eſt ſitum in ſuperiori parte agri *Conradi Liſt* vendidimus inquam juſto vendicionis titulo prefata quatuor jugera agri predicto *Starckoni* ſeu cui vel quibus ipſe dederit, legaverit ſeu deputaverit pro triginta libris hall. cum XXX. ſol. bonorum & legalium, quos ab ipſo profitemur recepiſſe & in uſus noſtros convertiſſe, promittentes nichilominus predictum *Starkonem* vel ſuos heredes ſeu cui dederit vel quibus legaverit & deputaverit nunc nec non inpoſterum in prefatis agris impedire cum privilegiis a ſede Apoſtolica vel aliunde impetratis ſeu impetrandis vel quomodolibet aliter quo impediri poſſent, dolo & fraude in hiis penitus circumſcriptis, & ad evidenciam omnium premiſſorum ſigilla noſtra videlicet Prioris & Conventus preſentibus ſunt appenſa in veram roboris firmitatem. Datum Anno Domini M°. CCC°. XVII°. in Vigilia beati *Nycolai*.

5. Dec.

(b) *l. c. pag. eadem.*

CXLIX.

Digitized by Google

CXLIX.

LITTERE SUPER PARTEM MONIALIUM ULTRA LUTUM LEPORIS IN ESTUARIO. QUAM ECIAM COMPARAVIMUS.

Nos *Hedewigis* Prioriſſa totuſque Conventus monaſterii *ultra lutum leporis* *) Spirenſis Ordinis fratrum Predicatorum recognoſcimus & notum facimus preſencium inſpectoribus univerſis quod nos unanimiter propter evidentem noſtri monaſterii utilitatem vendidimus & reſignavimus ac vendidiſſe & reſignaſſe recognoſcimus per preſentes religioſis viris Abbati & Conventui monaſterii *Uterine vallis* Ord. Cyſterc. cenſus annuos & perpetuos quatuordecim unciarum hallens. de cenſibus decem & octo unciarum, quos habere noſcuntur ſuper eſtuario ſito extra portam veterem apud foſſatum civitatis cum ſuis pertinenciis de quibus quatuor Uncie *Wernbero* nepoti *fuſſelini* ſolventur, dandos aſſignandos & ſolvendos eisdem Abbati & Conventui annis ſingulis pro media parte in feſto beati *Georii*, pro alia vero parte in feſto beati *Martini* epiſcopi ſecundum jus & conſuetudinem civitatis Spirenſis ſupradicte pro ſedecim libris hallenſium legalium & bonorum nobis numeratis & ſolutis ac in uſus & utilitatem noſtri monaſterii converſis transferentes ex nunc in dictos Abbatem & Conventum poſſeſſionem, jus, dominium & proprietatem cenſuum predictorum

*) Vid. *Subs. Dipl. T. V. p. 334.*

torum omni jure & modo quibus melius valere poteſt & ſicut eosdem cenſus hactenus noſcimur poſſediſſe, renunciantes pro nobis & noſtris ſucceſſoribus univerſis quoad premiſſa excepcioni doli mali, in factum accioni, pecunie non numerate, non tradite, non ſolute, beneficio reſtitucionis in integrum & quo deceptis ultra dimidium juſti precii ſubvenitur, literis & privilegiis nobis aut ordini noſtro indultis vel indulgendis ac omnibus & ſingulis excepcionibus & defenſionibus juris Canonici & Civilis, quibus adveniendum contra premiſſa ſuffragari poſſemus quomodolibet aut juvari in judicio vel extra publice vel occulte dolo & fraude in omnibus penitus circumſcriptis. In quorum omnium teſtimonium ſigilla noſtra una cum ſigillo honorabilium virorum Dominorum judicum curie Spirenſis preſentibus ſunt appenſa. Nos quoque judices curie Spirenſis predicti ſigillum noſtrum ad rogatum dictorum Prioriſſe & Conventus ſigillum noſtrum in premiſſorum teſtimonium recognoſcimus preſentibus appendiſſe. Actum & Datum Anno Domini M°. CCC°, XVIII. feria quinta poſt Cantate.

25. Maji.

CL.

Digitized by Google

CL.

LITTERE SUPER ELIBERACIONE UNIUS MALDRI SILIGINIS ET VII. SOL. HALL. SUPER BONIS IN *MULNHUSEN*.

Nos frater *Cuonradus* Prior & Conventus dicti de *ſteyga* domus in *Landowe* Ord. S. *Auguſtini* tenore preſencium ad noticiam Univerſorum cupimus pervenire, quod nos vendidimus ſeu tradidimus religioſis viris Domino Abbati & Conventui Monaſterii *Uterine vallis* annuam penſionem unius maldri ſiliginis pro quinque libris hallens. quam quondam *Cuonradus* bone memorie dictus *Sefrit* de *Mettenbach* nobis legavit nomine teſtamenti. Item recognoſcimus per preſentes quod nos vendidimus ſeu tradidimus eisdem Abbati & Conventui annuum cenſum & perpetuum ſeptem ſol. hall. quem ipſi nobis actenus de bonis ſuis in *Mulhuſen* annis ſingulis ſolvere conſueverunt pro quatuor libris hall. quam quidem pecuniam totam profitemur recepiſſe & in uſus noſtros totaliter convertiſſe, quitantes & abſolventes predictos Dominum Abbatem & Conventum pro nobis & noſtris ſucceſſoribus in perpetuum ſuper inquiſicione predictorum redituum tam pecunie quam ſiliginis & pactum facientes ulterius non petendo. In cujus rei teſtimonium Nos Prior antedictus ſigillum noſtrum una cum ſigillo noſtri Conventus preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°. CCC°. XX°.

CLI.

LUDEWICI REGIS ROM. CONFIRMACIO SUPER ECCLESIAM IN *ANNEWILRE.*

Ludewicus Dei gracia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſeu audituris graciam ſuam & omne bonum. Licet Regie Majeſtatis munificencia circa dignos conſueverit ſue liberalitatis graciam exercere, racio tamen expoſtulat & requirit ut religioſos pre ceteris liberalius recipiat, qui pro ſalute noſtra ac Univerſali Xpi fidelium inceſſanter ſtudent deprecari, hinc eſt, quod cum religioſi viri Abbas & Conventus Monaſterii *Uterine vallis* Ordinis Cyſterc. Spirenſis Dyoc. plenam & firmam fidem fecerint, Eccleſiam in *Annewilre* Dyoc. predicte, cujus jus patronatus ad Reges Rom. pertinebat, ipſis & ipſorum monaſterio donatam cum omni jure ſuo per Reges Romanorum illuſtres noſtros predeceſſores dive recordacionis, ut tanto melius caritatis & hoſpitalitatis opera valeant exercere. Nos donacionem hujusmodi predeceſſorum noſtrorum predictorum approbamus, ratificamus & ex certa ſciencia confirmamus, harum teſtimonio litterarum ſigilli Majeſtatis noſtre robore ſignatarum. Datum in *Spira* II. Idus Septembris Anno Domini M°. CCC°. XX°. Regni vero noſtri Anno ſexto.

12. Sept.

CLII.

Digitized by Google

CLII.

SUPER VI. AMAS VINI MINUS QUARTALI.

Anshelmus dictus de *Berwerſtein* Commendator totuſque Convenus Domus in *Heimbach* ordinis ſancti *Johannis* (a) Spirenſis Dioceſis tam preſentibus quam futuris ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Tenore preſencium publice profitemur, nos vendidiſſe juſto vendicionis titulo ſex amas vini Spirenſis menſure minus uno quartali perpetue penſionis fratri *Nicolao* de *Uterina valle* nato quondam *Heilmanni* procuratoris Domini *Johannis* militis nobilis viri de *Franckenſtein* pro triginta libris hallens. minus quinque unciis. Habuimus vero in terminis & banno ville *Ruppersberg* (b) vinum prefatum quod nobis porrexerunt ſingulis annis perſone ſubſcripte libere & quiete. *Cunradus* videlicet dictus *berre* quindecim quartalia clari vini & unam amam rubei vini de duobus jugeribus vinearum ſitis an dem Wammeſter juxta vineam *Gerlaci* dicti *Rappo* an den Wilhenſezzen. Item *Petrus* filius *Lukardis* decem quartalia clari vini & decem quartalia rubei vini de uno jugere an der haffthen ſito juxta vineam *Jacobi* dicti *Ritgezzer* & uno jugere an den Kappenbeine ſito juxta vineam *Gerhardi* dicti *Geiſsborn*. Item *Ulricus* dictus *Roſenberg* unam amam clari vini & unam amam rubei vini de II. jugeribus

(a) Vid. *Subs. Dipl. T. V. p. 383.*

(b) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 309. 382.*

bus vinearum an der bach ſitis, juxta *Friderici* de *Huchelnheim* und wendet obenwendig des fluzzes. Profitemur eciam nos recepiſſe XXX libr. hallens. bonorum & legalium minus quinque unciis pro vino memorato. Ad majorem autem cautelam prefate vendicionis reſignavimus porreccione calami ſub pignora predict. in manus fratris *Nicolai* prenotati in figura judicii ſecularis in preſencia *Conradi* tunc temporis ſculteti in *Rupersberg*. Teſtes vero hujus reſignacionis fuerant *Heilmannus* dictus *fout*. *Hiltebrandus ſuper monte*. *Hartmudus* in den Dypdal. *Hiltebrandus* an dem Sande & *Heilmannus* dictus *Sparro*. pluribus aliis preſentibus ſide dignis. In quorum robur omnium & evidens teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini M°. CCC. XXI°. Craſtino beate *Marie* virginis.

2. jan.

CLIII.

LITTERE COMPOSICIONIS SUPER PRESTACIONE NAULI INTER NOS ET CANONICOS SANCTI *GERMANI*.

Nos frater *Heinricus* Abbas totuſque Conventus monaſterii *Uterine vallis* Ord. Cyſterc. Spirenſis Dyoces, Noſque Decanus & Capitulum Eccleſie ſancti *Germani* extra muros ſpirenſes nec non *Cuonradus* dictus *Röner* de *Reinsheim* civis Spirenſis tenore preſencium publice profitemur, mate-

ateriam queſtionis que inter nos hinc inde vertebatur ſuper preſtacione nauli in paſſagio *Reni* verſus *Reinsheim* *) de curia *Metersheim* hominibus, pecoribus & aliis rebus ejusdem curie quibuſcunque, quam curiam homines, pecora & res ejusdem nos Abbas & Conventus predicti pretendebamus eſſe in eodem paſſagio a preſtacione nauli liberam fuiſſe a tempore, cujus memoria non exiſteret, Nos vero Decanus & Capitulum ac *Cuonradus* dictus *Röner* antedicti pretendebamus ipſam curiam in *Metersheim* cum omnibus pecoribus & rebus ejusdem in eodem paſſagio ad preſtandum naulum eque ſicut alios homines ibidem tranſeuntes fore obligatos & nos & eccleſiam noſtram in poſſeſſione percipiendi naulum hujusmodi eſſe & fuiſſe a tempore, cujus memoria non exiſteret, mediantibus diſcretis viris per nos hinc inde ad hoc aſſumptis fore amicabiliter ſopitam & deciſam penitus in hunc modum, videlicet, quod ipſa curia cum hominibus, pecoribus & rebus ejusdem a preſtacione nauli in eodem paſſagio eſſe debent deinceps libera penitus & immunes, hoc tamen ſalvo, ſi eadem curia cum ſuis pertinenciis vel aliqua pars earundem ex vendicione, obligacione, locacione ſeu alia quavis alienacione extra manus noſtras videlicet Abbatis & Conventus predictorum ad perſonas quaſcunque deveniant perpetualiter habenda ſeu poſſidenda, quod ex tunc eedem perſone, que ea in toto vel in parte ſic comparaverint vel conduxerint ac poſſederint

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 323.*

rint pro certis penſionibus vel redditibus perpetuo perſolvendis ad preſtacionem nauli eque ſicut alii ibidem tranſeuntes teneantur quamdiu eadem bona ſic locata vel alienata permanſerint. ſi autem propter neglectum cenſum vel per quemcunque alium modum eadem bona in toto vel in parte ad jus & proprietatem Abbatis & Conventus predictorum redierint, tunc eadem bona & eorum cultores & pecora priſtinam libertatem a ſolucione nauli recuperabunt, & quod nichilominus nos Abbas & Conventus predicti ſi in futurum bona qualiacunque ex altera parte *Reni* vel eciam ex iſta conquireremus, quod cultores eorundem bonorum pecora & res ſimiliter ad preſtacionem nauli ibidem teneantur, promittentes bona fide hinc inde compoſicionem hujusmodi deinceps in perpetuum inviolabiliter obſervare. Rogantes nichilominus reverendos Dominos judices curie Spirenſis, ut ad majorem firmitatem ſigillum eorum una cum ſigillis noſtrorum Abbatis & Conventus ac Decani & Capituli predictorum, que preſentibus appenſa ſunt, appendant huic ſcripto. Nos vero judices curie ſpirenſis predicti ad peticionem parcium predictarum ſigillum noſtrum in teſtimonium ac robur omnium predictorum duximus preſentibus appendendum. Datum Anno Domini M°. CCC°. XXI°. ſabbato poſt Dominicam *Cantate.* 23. Maji.

CLIV.

Digitized by Google

CLIV.

LITTERE PERMUTACIONIS DUARUM AMARUM VINI CUM MONIALIBUS *PONTIS SALUTIS.*

Nos frater *Heinricus* Abbas & Conventus monasterii *Uterine vallis* Ordinis Cisterc. Spiren. Dyoc. Ad perpetuam rei memoriam. Tenore presencium ad publicam deducimus noticiam, quod cum secundum legitimas sancciones circuitus & intercaciones quantum possibilitas permittit & commoditas persuaserit merito sint evitandi & ob hoc a jure compensaciones sint introducte. Ideo cum nos teneamur annuatim religiosis Monialibus Abbatisse & Conventui monasterii *Pontis salutis* ejusdem Ordinis & Diocesis in duabus amis vini perpetui census de vineis nostris sitis in confinio ville *Wintzingen* (a) & Abbatissa & Conventus predicte e converso nobis teneantur annuatim similiter duas amas vini perpetui census de vineis ipsarum sitis in terminis ville *Haumbach*, (b) habita deliberacione & considerata commoditate & utilitate predictos census vini mutuo ad invicem compensamus & ab eisdem censibus nos invicem liberamus perpetuo & quitamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo Abbatisse & Conventus predictarum presentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°, CCC°. XXIII°. feria tercia post *Gregorii* Pape.

15. Mart. CLV.

(a) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 335.*
(b) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 304.*

CLV.

LITTERE DOMINI *LUDEWICI* REGIS ROMANORUM SUPER MOLENDINUM IN *METERSHEIM.*

Nos *Ludewicus* Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ad Univerſorum ſacri Romani Imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod intendentes divine retribucionis intuitu religioſorum virorum Abbatis & Conventus monaſterii *Uterine vallis* Ordinis Cyſterc. devotorum noſtrorum neceſſitatibus favorabiliter proſpicere ac commoditatibus providere, ſtructure nec non edificacioni cujusdam molendini, quod in curia dicta *Metersheim* ſibi & monaſterio ſuo predicto pertinente pro ſuis & dicte curie neceſſariis uſibus conſtructum & edificatum eſſe dinoſcitur, conſenſum noſtrum & aſſenſum benivolum impertimur, inhibentes univerſis & ſingulis auctoritate regia per preſentes, ne quis ipſos Abbatem & Conventum aut Magiſtrum curie *Metersheim* ſupradicte in habendo & tenendo molendinum predictum cum aque ductu ſibi neceſſario quomodolibet impediat vel perturbet, ſed ipſos ac alios incolinos & homines ipſorum eodem uti & frui prout oportunum fuerit libere paciantur, ſi quis autem ſecus facere preſumpſerit, ex hoc indignacionem Regiam ſe noverit incurſurum, harum teſtimonio literarum noſtre Majeſtatis ſigilli munimine ſignatarum. Datum in *Nurenberg* VII°. kal. Apri-

Aprilis. Anno Domini M°. CCC°. XXIII. Regni vero noſtri Anno IX°.

26. Mart.

CLVI.

LITTERA PENALIS SUPER VIII. UNCIAS HALLS. DOMINORUM DE *STEYGA.*

Nos frater *Johannes* Prior ceterique fratres Domus in *Landowe* *) ordinis ſancti *Auguſtini* Spirenſis Dyoc. tenore preſencium publice profitemur, quod ſub Anno Domini M°. CC°. LXXX VII°. V. Idus Martii ſtrenuus vir bone memorie *Theodericus* miles de *Laufenſel* ac *Gutha* uxor ejus legittima pari voto unanimi conſenſu nobis pro remedio animarum ſuarum legaverunt redditus octo unciarum hallens. ſuper curia ſua juxta capellam in *Landowe* ſita ſingulis annis nobis dandis videlicet omni jejunio quatuor temporum duas uncias pro piſcibus comparandis ad ſingularem fratrum noſtrorum refectionem, conſueta tamen fratrum prebenda in ſuo ordine nichilominus permanente. fratres eciam omni jejunio quatuor temporum cum aſperſione aque benedicte ſua ſepulcra viſitabunt. ſi vero prefatas octo uncias hallens. non daremus ad conſolacionem fratrum terminis prenotatis ſicut eſt preſcriptum, extunc dicti redditus ad religioſos viros Abbatem & Conventum *Uterine vallis* Ciſterc. Ord. ſpectabunt, qui eas

*) Vid. *Subs. Dipl. T. X. p. 290.*

quater in Anno omni jejunio quatuor temporum duas uncias recipere poſſunt & debent noſtro pleno cum favore. Nos vero frater *Cunradus* Prior & Conventus domus predicte profitemur in hiis ſcriptis reddituſ octo Unciarum vendidiſſe religioſis viris Abbati & Conventui *Uterine vallis* monaſterii prédicti & in recompenſam illarum octo unciarum venditarum alias octo uncias loco predictarum in anniverſariis predictorum conjugum peragendis ſuper ſex uncias hall. perpetuorum redituum de area & curia *Rudolfi* ſita juxta Eccleſiam in *Lenſenwilre* & ſuper quatuor uncias perpetuorum reddituum de curia *Petri* quondam campanarii juxta cimiterium ville predicte, predictis Abbati & Conventui locavimus ſeu preſentibus locamus ſub pena & modis omnibus ſuperius annotatis. In cujus rei teſtimonium nos Prior antedictus ſigillum noſtrum una cum ſigillo noſtri Conventus preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°. CCC°. XXIII°. feria tercia poſt Dominicam qua Cantatur *Invocavit*.

15. Febr.

CLVII.

LITTERE SUPER CONCAMBIO FACTO INTER NOS ET MONIALES *PONTIS SALUTIS* SUPER V. SOLIDIS HALL.

Nos ſoror *Margareta* Abbatiſſa & Conventus monaſterii *pontis ſalutis* tenore preſencium

ad

ad Universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos permutacionem & concambium fecimus cum religiosis & honestis viris Abbate & Conventu Monasterii *Uterine vallis* per censum quinque solidorum hall. quem censum Abbas & Conventus prescripti singulis annis in die *Martini* nobis tradiderunt de domo in *Spira* sita in foro equorum & per censum quinque solidorum hall. pepetuorum quos nos vice versa singulis annis die antedicto & Dominis pretactis presentavimus de domo & area *Sigelonis* in *Ethenkoben* *) sita in Hamengassen, a predicto vero censu quinque solidorum quos ante scripti Domini ut superius est expressum, nobis tradiderunt, ipsos & successores eorum penitus absolvimus in antea ab eis non petendum in recompensam quinque solidorum hall. quos ipsis, ut dictum est, porreximus die memorato per nos & successores nostros in perpetuum absolutos & liberos esse dicimus per presentes. Hoc adjecimus, quod prescripti Abbas & Conventus tres solidos hall. singulis annis nobis de domo pretacta & die prescripto absque quinque solidis quos amputavimus, presentabunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum, quo Nos Abbatissa & Conventus prefati utimur, duximus presentibus appendendum. Datum anno Domini M°. CCC°. XXV°. in Vigilia Natalis Domini.

24. Dec.

*) Vid. *Subs. Dipl. T. 10. p. 302.*

CLVIII.

LITTERE SUPER EMPCIONE TRIUM SOLIDORUM HALLENSIUM.

Nos ſoror *Margareta* Abbatiſſa & Conventus *Pontis ſalutis* univerſis preſencium inſpectoribus cupimus eſſe notum, quod nos propter evidentem neceſſitatem domus noſtre vendidimus ac juſto vendicionis titulo vendidiſſe ac tradidiſſe religioſis & honeſtis viris Abbati & Conventui monaſterii *Uterine vallis* recognoſcimus publice per preſentes, cenſum trium ſolidorum hall. ſitum in Civitate Spirenſi ſuper domum in foro equorum ſitam pro precio trium librarum hall. bonorum & legalium, quam pecuniam profitemur, nos ab ipſis recepiſſe & in uſus noſtri monaſterii integraliter convertiſſe. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum, quo nos Abbatiſſa & Conventus predicti unico utimur preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M°. CCC°. XXVI°. feria quinta poſt Epiphaniam Domini.

9. jan.

Digitized by Google

CLIX.

LITTERA DOMINI *LODEWICI* IMPERATORIS SUPER ECCLESIAM IN *ANNEWILRE* &c.

Ludowicus Dei gracia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus, ad quos preſentes pervenerint, gratiam ſuam & omne bonum. Imperialis Excellencie dignitas tunc vere laudis titulus ſublimatur, cum fidelium ſuorum devocionem attendit. & eis de ſua liberalitate confirmat. que a ſuis predeceſſoribus juſte collata videntur. Et quia religioſi Viri Abbas & Conventus monaſterii *Uterine vallis* Ord. Cyſterc. Spir. Dyoc. devoti noſtri dilecti nobis exhibitis privilegiis ſuis humiliter ſupplicarunt, ut ipſa privilegia confirmare dignaremur, ſolita pietate, cupientes itaque devotis ſupplicacionibus ſuis de benignitate imperiali tanto favorabilius annuere, quanto pre ceteris fervencius inſiſtunt pro noſtra ſalute Deum deprecari, omnia ipſorum jura, libertates, privilegia, donaciones & gracias a Divis Imperatoribus & Romanorum Regibus traditas & conceſſas in genere & in ſpecie confirmamus. & ſpecialiter donacionem juris patronatus parochialis Eccleſie opidi *Anewilre*, cujus jus patronatus quondam ad Reges Romanorum pertinebat, & quia per noſtros predeceſſores Romanorum Imperatores & Reges longiſſimis retroactis temporibus eidem monaſterio rite & legitime donatum fuit & collatum

tum & per nos dudum ſub regali titulo debite & legittime innovatum & ex certa ſciencia confirmatum, prout de premiſſis omnibus plene nobis extitit fides facta. pro majori firmitate & cautela denuo innovamus, approbamus & confirmamus, eiusdem parrochialis Eccleſie incorporacionem menſe ipſorum facte per Epiſcopum Spirenſem eorundem Dyoceſanum, qui eidem Abbati & Conventui indulſit & permiſit, ut eidem Eccleſie per vicarium perpetuum poſſint deſervire & deducta de fructibus, decimis & obvencionibus ejusdem Eccleſie competenti & congrua porcione ipſi vicario perpetuo deputata fructus & obvenciones reſiduas ipſius Eccleſie in rebus quibuscunque conſiſtentes ſuis uſibus & neceſſitatibus valeant applicare, prout in litteris deſuper confectis vidimus plenius contineri. de innata nobis manſuetudine noſtrum adhibemus conſenſum & eam juxta ſui tenorem admittimus, approbamus ac confirmamus noſtra Majeſtate imperiali, non obſtante quocunque privilegio in contrarium edito, cui per incorporacionem canonicam derogatum exiſtit, ac privilegium ſeu jus quod habent ſuper meatu ſeu tranſitu ripe ſeu fluvii per villam *Lingenvelt*, ſuper molendinum curie *Metersheim* currentis & tranſeuntis, eadem noſtra Imperiali Majeſtate innovamus, approbamus ac ex certa ſciencia preſentibus confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre approbacionis, ratificacionis innovacionis & Confirmacionis paginam infringere vel auſu temerario contraire. ſiquis autem

tem hoc attemptare preſumpſerit, gravem noſtre celſitudinis indignacionem ſe noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi & noſtre Majeſtatis ſigillo fecimus conſignari. Datum in opido *Heidelberg* XII. die menſis ſeptembris Anno Domini M°. CCC°. XL°. Regni noſtri anno XXVI°. Imperii vero XIII .

CLX.

LITTERE SUPER COMPOSICIONE FACTA INTER NOS ET RUSTICOS SUPER *HEINGEREIDE.*

Kunt ſy allen luten nu und ye merine. daz lange zit eine miſſehellunge iſt geweſt zwiſchen den erbern geiſtlichen herrn dem apte und convent dez cloſters zu *Uzerſtal* grawes ordens von cyſtels in Spirer byſtum gelegen off eine ſite. und den erbern luten gemeinlich die zu der heingereiden horent off die ander ſite. umb gemeinſchafft die die vorgenante herren der apt und convent ſprachent zu han off den walt der die *heingereide* heiszet. nach ir briefe lude die ſie dar uber hant. und darumb vil tage geleiſtet ſint. von beden parthien vorgenant. zu leſte wart ein gutlich tag beret zuſchen beden parthien. und ward geleiſtet und gehalten zu *Geilwilre* vor dem hofe. dez jares da man zalte von gottes geburte druzehen hundert jar und viere und nuntzig jar off ſante *Remigien* tage des heiligen biſchoffes. und

da by waren die fromen edelknechte mit namen Iungher *Hanneman* von *Sickingen* vitzdum zu der *Nuenſtat*. und Iungher *Eberhart* von *Sickingen*. ſin bruder faut zu *Triifels*. und Iungher *Swicker* von *Sickingen* faut zu *Germersheim* die die vorgenante miſſehellunge geſunet und geraht hant. und ſol daz yemer ſtete und feſte verliben, und iſt alſo beret und geraht als hie nach geſchriben ſtet. zum erſten ſo ſollent und mogent die vorgenante herren und ir hofelute die in dem cloſter, und in dem vorhofe ſitzent. einen weide gang han mit anderhalb hundert ſtucken rinder vyhes. off die heingereide uber jar one geverde. auch iſt beret, daz ſie daz erſte jar in die fangen nit faren ſollent. were ez aber daz ſie mit dem rinder vihe miteinander furen in die fangen, daz erſte jar und da inne hüten geuerlich ſo mag man ſie rugen als einen ungerett genoſſen. Es iſt auch beret were eckern off dem vorgenanten walde wan dan die Lude die zu der gereiden horent, gemeine hirten off dem walde hetten zu irn ſwinen ſo ſol daz vorgenante rinder viehe die wile nit off dem walt gen. Die vorgenante herren mogent auch einen weide gang han off den ſelben walt zu hundert ſwinen uber jar. es ſy Eckern oder nit. Es iſt auch beret were ez daz etliches Iares eckern off dem vorgenanten walt warde. wann dan die furſter die obgenante herren hieſſen die ſwine von dem walde clahen. ſo ſolten ſie von unſer frawen tag an als ſie geborn wart nit dar off gen biz ſante *Mychelstag* der dar nach aller nehſte komet. Es

were

were dan daz die lude von der gereiden da zuſchen ir ſwine daroff ſlugen. ſo mochten ſie auch ir ſwine dar off ſlahen Es iſt auch beret daz die vorgenante herren alle wochen ein mal off den nehſten werktag nach dem ſuntage mogent hauwen ein fuder burneholtzes off der vorgenanten heingereiden von daubem holtz und von liegendem holtze. Es iſt auch beret daz die vorgenante herren mogent hauwen zehen fuder buholtzes war zu oder wo ſie der bedorffent. und ſollent daz hauwen in eime mande mit wiſſen der furſter und zwei fuder zu tugen und zu bodemen auch mit wiſſen der furſter. Die vorgenante herren mogent auch alle jar den fuder Kolen burnen off dem walde hinder den dreiffen. von daubem holtz und von ligendem holtz. werez aber daz ſie daz ziamer holtz oder tugenholtz oder burnholtz oder Kolen nit alles huwen oder eins teils, was ſie dann nit gehauwen hetten daz ſollent ſie verlorn han die woche oder daz jar, als vorgeſchriben ſtet, und nit me. Es iſt auch beret were ez daz der vorgenante walt brente, wann dan die herren in dem cloſter ermanet werdent von den furſtern. ſo ſollent ſie zwolff perſonen daz doch nit frauwen ſin. dar off ſchicken den walt helfen leſchen den tag us. Und were ez daz der walt dez tages nit geleſchet mohte werden wann es dan naht wurde ſo mochten die zwolff perſonen wieder heimgen. und ſol man in darumb nit zu ſprechen von dez leſchens wegen. Und dat nach wan die von der gereiden dar off gingen leſchen und die vorgenante herren aber ermant wurden von

den

den furſtern. ſo ſollent ſie aber zwolff pei ſonen. mit in dar off ſchicken die in helffen leſchen alſo lange bitz die von der greiden auch dar von gent one geuerde. und ſollent daz tun alſo deck daz not geſchiet. Es iſt auch beret werez daz die vorgenante herren oder die iren ubergriffen oder uberfuren an dieſen vorgeſchriben dingen allen oder an eime beſunder ſo mag ſie zugen glicher wiſe als einen vſman der nit zu der gereiden horet. Auch iſt beret, daz die vorgenante herren und ir nach kommen ſollent die von der gereiden furbaſſer nit hoher tringen dann als hie vorgeſchriben ſtet. Und ſollent ſie auch laſſen ungehindert und ungeirret an zentenburgern und an furſtern zu ſetzen. an irn welden zu hauwen zu verkeiffen. und an allen andern dingen one alle geuerde. Und ſollent auch der gereiden geben eine hofeſtat uſſenwendig irs cloſters in dem vorhofe zu zwolff geſperren mit eime umb-werf als darzu horet, ungeuerlichen und da ſol ir muſſig gende rinder viehe uff und vngen und kein ander vihe. doch one der egenanten herren ſchaden one alle geuerde. Und hie mit und in dieſen vorgeſchriben dingen iſt auch beret daz alle die briefe und kuntſchafft die die vorgenante herren der apt und Convent zu *Uſſerſtal* und ir cloſter uber die vorgenante gereide welde und weide genge hant gehabet bitzher. und noch hant in irme cloſter oder anderswo ſie ſint von Bebiſten Kunigen Keyſern, Ertzbiſchofen biſchoffen furſten, herren, gerithen geiſtlich oder weltlich von irn oberſten

ſten von Rittern Knechten ſtetden, dorffern oder von wem oder in wieliche weg die ſint, oder beſagent. oder gehin und beſagen mogent ſie ſint beſiegelt oder unbeſiegelt oder buchere oder abeſchrifft nuſchent uſſgenomen ſollent mittenander und alzumale gar und ganz hingeleit abgetan Krefftelos unmehtig und dot ſin. alſo von der welde wegen und auch affter dez datum diz briefes nuſchnit me gut ſin noch beſagen in dheinrelei wiſe one aller claht geuerde. Und ſoll dirre gegenwertige brieff bliben ewecliche in allen ſinen Krefften und beheltniſſe aller punten artikel begriff, ſune, beredunge und rahtunge in allen weg wiſe und forme als an dieſem briefe da vor und hernach underſcheiden begriffen beteijdinget und geſchriben ſtet one aller mengeliches wieder rede und geuerde. wir die vorgenante geiſtliche bruder *Johans Zaberer* apt und der convent gemeinliche dez cloſters zu *Uſſerſtal* off unſer ſite. und wir die gereide gemeinlich mit namen *Landar Gotermſtein Sybeltingen Birgwilre Kolkenbach Uoſsdorff Frankwilre Albrehtzwilre*, *Hanenbach Kanskirche Seilwilre Rodenbach Mettenbach Greuenbuſen* und *Birnsbach* off unſer ſite, erkennen uns yeweder ſite parthien mittenander an dieſem briefe, daz dieſe vorgeſchriben beredunge, ſune, rathunge und alle punten, begriffe, artikele und underſcheidunge als hie vorgeſchrieben iſt. getan und beſchehen ſint, mit unſer bederſit parthien gutem wiſſen und willen. und globen auch dieſen brief und alles daz her inne geſchriben ſtet. ſunder und ſamenthafft gegenander und einander zu

tunde

tunde ſtete und feſte zu halten unuerbrochenliche und yemer ewecliche. fur uns und unſer bederſit parthien nachkommen und nyemer dar wieder getun noch ſchaffen getan werden heimelich oder offentlich in dheine wiſe one allerslaht geuerde und dirre dinge aller zu warem ſteten und feſten urkundt uns beede parthyen vorgenant und alle vmere nachkommen dieſe dinge ewecliche zu beſagen ſo hant wir der apt und convent vorgenant von unſer, unſers cloſters und aller unſe nachkommen wegen unſere Ingeſiegele. und Ich *peter ſygel* der burgermeiſter und wir der rat gemeinliche der ſtedte zu *Landauwe.* hant unſer ſtedte gros Ingeſiegel gehenket byeinander an dieſen brieff. Darzu hant auch wir die gemeinde dez dorffes zu *Gotermſtein* dez ſelben dorffes gerihtes Ingeſiegel zu dieſen Ingeſiegeln auch gehenket an dieſen brief. ſo hant auch her zu wir die obgenante zwo parthien mit namen der apt und convent zu *Uſſerſtal* off ein ſite und die lute von der gereiden alle off die andere ſite. gebeden die obgenante frummen edel Knechte Iungherr *Hanneman* von *Sickingen* vitzdum zu der *Nuenſtadt.* und Iunckherr *Eberharten* von *Sickingen* ſinen bruder fater zu *Tryfels.* und Iunckherr *Swicker* von *Sickingen* faut zu *Germersheim* daz ir yegelicher ſin eigen Ingeſiegel auch hat gehencket an dieſen brief. wann ſie alle dri die obgenante miſſehellunge beredt und geraht hant als da vorgeſchriben ſtet. Und bieden auch die erbern wiſen den burgermeiſter und den Rat, gemeinlich der ſtedte zu *Annewilre*

newilre daz ſie der ſtedte *Annewilre* groſs Ingeſiegel, auch an diſen brief wollen hencken. uns bede parthien vorgenant und alle unſere nachkommen zu uberſagen und gezugniſſe aller vorgeſchriben dinge. Ich *Hanneman* von *Sickingen* vitzdum zu der *Nuwenſtat.* und *Eberhart* vorgenant taut zu *Tryfels* und *Swicker* vorgenant faut zu *Germersheim.* Verjehe uns alle drie mittenander daz wir by der obgenanten rahtunge ſin geweſt. und bede parthien entscheidet und berihtet haben in allen weg als da vorgeſchriben ſtet. Dez zu urkunde und durch bete willen der vorgenanten beder parthien ſo hat unſer yegelicher ſin eigen Ingeſiegel gehenket an dieſen brieff zu merer ſicherheit und wir der burgermeiſter und der rat gemeinlich der ſtedte zu *Annewilre* verjehen und bekennen uns offenlich daz wir durch bitte willen der erbarn geiſtlichen herrn des abtes und convents des cloſters zu *Uſſerſtal* und auch der erber lute aller die zu der gereiten horent. unſer ſtetde Ingeſiegel han gehencket an dieſen brieff zu eime ewigen gezugniſſe aller dirre vorgeſchriben dinge. Dirre brief iſt geben jn dem jare als man zlte nach criſti geburte druzehen hundert jare und viere und nuntzig jare off den nehſten fritag vor ſante *Endrich* tage dez heiligen zwolfbotten.

27. Nov.

CLXI.

Digitized by Google

CLXI.

RUPERTI ROMANORUM REGIS CONFIRMATIO OMNIUM PRIVILEGIORUM NOSTRORUM. SPECIALITER JURIS PATRONATUS ECCLESIE *ANNEWILRE* AC TRANSITU RIPE SUPER MOLENDINUM *METHERSHEIM*, ET QUOD LICITUM EST NOBIS FRATRUM NOSTRORUM TESTIMONIJS UTI.

Rupertus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus ad perpetuam rei memoriam. Quamvis Regalis excellencie dignitas cunctos Xpi fideles ſub alis ſue protectionis defendere. eorumque racionabilibus deſideriis annuere conſueverit. illorum tamen precipue jura illeſa conſervare & vota admittere. eoſque innate benignitatis munere proſequi ſanctum reputat & honeſtum. qui ſpretis ſeculi affractibus *) *Vallis uterine* Ordinis Cyſtercienſis Spirenſis Dyoceſis devotorum noſtrorum dilectorum. noſtre Majeſtati oblatis peticionibus inclinati. donacionem juris patronatus eccleſie parochialis oppidi *Annewilre*. dicte Spirenſis. Dyoc. & incorporacionem ejusdem Eccleſie menſe dictorum religioſorum fratrum. ac jus quod habent ſuper meatu vel tranſitu ripe ſeu fluvii per villam *Lengenfelt*. ſuper molendinum curie *Methersheim* currentis & tranſeuntis prout in privilegiis autenticis tam imperialibus quam regalibus celebris memorie *Ludewici* Imperatoris predeceſſoris noſtri dinoſcitur & vidimus contineri.

*) *n.* omiſſum.

ri. Nec non univerſa & ſingula privilegia. litteras. largiciones. munimenta. que & quas a felicis memorie divis Romanis Imperatoribus & Regibus predeceſſoribus noſtris. ſuper quibuslibet juribus. graciis. libertatibus. Inmunitatibus. conſuetudinibus aut ceteris ſuis utilitatibus & profectibus obtinuiſſe noſcuntur & obtinent. in omnibus ſuis tenoribus. ſentenciis & clauſulis. ac ſi preſentibus litteris de verbo ad verbum eſſent inſerta vel inſerte. de certa noſtra ſciencia & de plenitudine regie poteſtatis. approbamus. ratificamus. innovamus & auctoritate regia confirmamus. Inſuper cum ſancte recordacionis *Innocencius* PP. IIII. dictis religioſis inter cetera conceſſerit, quod in omnibus cauſis quamvis propriis ſive civilem ſive criminalem contineant queſtionem fratrum ipſorum teſtimoniis uti (poſſint) ne pro defectu teſtium jus ipſorum in aliquo valeat deperire prout in dicti *Innocentii* autentico privilegio dinoſcitur & vidimus contineri. Nos de Uberioris dono gracie. prefatis Abbati & Conventui dictum *Innocentii* conceſſum. de novo concedimus & largimur. ipſumque approbamus. ratificamus & ex certa ſciencia. de plenitudine regie poteſtatis confirmamus. Inhibentes univerſis Archiepiſcopis. Epiſcopis. Ducibus. Marchionibus noſtris & ſacri Imperii principibus. Comitibus. baronibus. militibus. clientibus ac Univerſitatibus civitatum. aliiſque omnibus & ſingulis. cujuscunque dignitatis. gradus. ſtatus aut preeminencie exiſtant fidelibus noſtris dilectis. ne ſuper dictos Abbatem & Conven-

tum monaſterii prelibati. Contra harum noſtrarum approbacionis. ratificacionis. innovacionis. conceſſionis. largicionis & confirmacionis graciam impediant aut ſinant quomodolibet impediri. Contrarium facientes ultra noſtre Majeſtatis indignacionem. Penam quinquaginta librarum auri puri. quarum medietatem fiſco noſtro regio. reſiduam vero partem. injuriam paſſorum uſibus applicari decernimus. ſe noverint irremiſſibiliter incurriſſe. Preſencium ſub noſtre Majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum *Heydelberg*. undecima die menſis julii Anno Domini M°. CCCC°. primo. regni vero noſtri Anno primo.

ANNO DOMINI M°. CCC°. XX°. EGO FRATER *HEILMANNUS* DICTUS *GMALTZ* CANTOR INCEPI SCRIBERE LIBRUM ISTUM DE LITTERIS SIGILLATIS CONVENTUS MONASTERIJ *UTERINE VALLIS* PROPTER COMMUNEM UTILITATEM, IN LAUDEM DEI ET VIRGINIS GLORIOSE. ET UT LECTOR FACILIUS INVENIAT QUOD DESIDERAT, REGISTRUM LITTERAS OMNES PER CIVITATES ET VILLAS SECUNDUM ORDINEM ALPHABETI.

Annewilre. IIII. LXXXVII. XC.
Albrethswilre. XL.
Arbotsheim. LVIII.
Abenheim. VI.
Altdorf. XXVII.
Ad. S. *Martinum*. XXXI.

Appen-

Digitized by Google

Appenhoven. LXVI.
Bintersbach. VI.
Bintersheim. VII.
Bebingen. XXV.
Bochingen. XXXIII.
Bubenwilre. XXXIIII.
Burnheim. XLVI.
Belnheim. XLVIIII.
Bullenkeim. LXVIII.
Barbelrode. LXXXII.
Berczabern. LXXXIV.
Buheln. XCIIII.
Confirmaciones Apoſtolice II.
De fundo Eccleſie *Uterine vallis.* I.
De indulgentiis conceſſis-II.
De *Heingereide.* III.
Didenheim. XIII.
Dambeim. XLV.
Dirbach. LXXXIII.
Dribeſcheit. XC.
Durensveilt. XLV.
Ettenkoben. XXXII.
Enſilgeheim LXVI.
Eymphelingen. LXVII.
Eſchebach. LXVII.
Franckendal. X.
Franckenwilre. XXXV.
Freckenvelt. LXXV.
Geroltsheim. IX.
Ginſen. XV. XXVI.
Geilewilre. XXXVIII.

Glizenwilre. XXXVI.
Geckelingen. LXIII. XLIII.
Gumersheim. XXIIII.
Gotrameſtein. XLII.
Glizenzellen. XLIII.
Grunauwe. VIII.
Grevenbuſen. LXXXV.
Hambach. XVII.
Heiligenſtein. XXI.
Hohenſtat. XLVIII.
Huchelnheim. LXIIII.
Hergenswilre LXXXI.
Herboltsberg. LXXXIX.
Hanenbach. XCII.
Haſelach. XCV.
Hergesheim. LXIX.
Hochdorf.
Kungesbach. XV.
Kanskirchen. XXXIX.
Knozingen. XLIIII.
Kanel. LXXII.
Kolkenbach. LXXII.
Kaulſtatt.
Landowe. LV.
Lenſenwilre. LXI.
Leuben. XCI.
Lumersheim. XCIII.
Lachen. XCIII.
Lingenvelt. XX.
Musbach. XVII.
Meinkeimern. XXIX.

Mebtersheim XX.
Merlheim. LII.
Mulnhuſen. LVI.
Mornesheim. LXV.
Mundevelt. LXXIII.
Münſter. LXXIII.
Mutterſtat. XXXX.
Nova civitas XVI.
Nuzdorf. XLIII.
Neuwilre. LXXVII.
Odensheim. XXX.
Oſſingen. XLVII.
Ottersheim. L.
Offenbach. LI.
Otterbach. LXXVIIII.
Oſteringen. VI.
Privilegia Apoſtolica. IIII.
Queicheim. LIII.
Ringeinheim. XI.
Rusbach. XXXVII.
Ramesbach. LX.
Rinzahern. LXXI.
Ruppersberg. XIII.
Rode. XI.
Spira. XIX. &c.
Schiverſtat. XIIII.
Swebechenheim. XXIII.
Sibeltingen. XLI.
Servelingen. LIX. CXII. CXXVII.
Steinwilre. LXVIII.
Scheide. LXXIIII.

Sleitdal. LXXVI.
Spehtesbach. LXXXVI.
Wormacia. V.
Wiſſen. VIII.
Wachenheim. XII.
Wintzingen. XVIII.
Wiſchelingen Major. XXV.
Wiſchelingen Minor. XXV.
Ugelnheim. XXVI.
Veningen. XXVIII.
Ulvensheim. LXII.
Walſenheim. XXXI.
Wolmesheim. LVII.
Utzingen. LIIII.
Wiszenburg. LXXVIII.
Wandesheim. LXX.
Winden. LXXX.
Wernhersberg. LXXXVIII.
Weſtheim. XXII.
Wilre ſub *Ryburg.* XXXII.

Codex pergamenus continet folia 301.

CLXII.

ANONYMI CHRONICON ARCHIEPISCOPORUM COLONIENSIUM, AB ANNO MCLVI. USQUE AD ANNUM MCCCLXIX. (a)

FRIDERICUS.

Fuit S. *Georgii* Praepoſitus, qui Anno M. C. LVI. magis propinquorum factione, & juniorum clericorum favore, Archiepiſcopatum Colonienſem adeptus (caſſata canonica Electione facta coram *Friderico* Imperatore de Bunnenſi Praepoſito *Gerhardo*) ab *Adriano* Papa conſecratus eſt; poſt biennium cum Imperatore *Mediolanum* profectus, apud *Tycinum* obiit, vix duobus annis pontificali dignitate potitus. Caro & viſcera ejus remanſerunt in Lombardia, oſſa vero *Coloniam* delata, in *veteri monte* S. *Mariae* condita ſunt Anno Domini M. C. LVIII. iſte fuit de *Daſſele*.

REYNOLDUS.

Hildesheimenſis Praepoſitus, & Regni Cancellarius, vir omni probitate conſpicuus. hic *tres Magos*, qui *Chriſtum* myſtice venerabantur, cum duobus martyribus, *Nabore* & *Felice*, deſtructo *Mediolano*, *Coloniam* transmiſit. hic Palatium *Coloniae* & duas turres in monaſterio S. *Petri* reparavit, & ad agendum feſtum Epiphaniae X. mar-

(a) Editionem hujus chronici appromiſimus *Novorum Subſidiorum Diplomaticorum T. V. pag. 288. n. XVII.*

Digitized by Google

cas ſingulis annis inſtituit, & totidem in coena Domini in ſubſidium pauperum addidit. aſſumptionem B. *Mariae* virginis per VIII dies celebrari ordinavit; funeſte Caſtellum pro Epiſcopatus munimine aedificavit; cum Imperatoria poteſtate Italiam profectus, parva manu militum, XL millia Romanorum apud *Tusculum* proſtravit, cepit & fugavit. ipſe quoque abſens, contra honoris ſui inimicos: *Ludowicum* Landgravium, *Fridericum* ducem ſueviae, *Conradum* Palatinum, Epiſcopatum colonienſem demoliri cupientes, tantam multitudinem virorum fortium & nobilium in campis *andernaci* convenire praecepit, quanta ex Teutonicis conveniſſe noſtra memoratio nunquam percepit; unde praefati Tyranni retro coacti abierunt, & cum jam octo annis Praeſul laudabiliter militaſſet, in vigilia aſſumptionis B. *Mariae*, valida febre correptus, prope *Romam* obiit. cujus carnes & viſcera ibidem ſunt ſepulta, oſſa vero in domo S. *Petri* recondita ſunt Anno Domini M. C. LXVIII. iſte genere fuit de *Heinisberg*.

PHILIPPUS.

Eccleſiae S. *Petri* Decanus, & Imperii Cancellarius, vir pulcherrimus & fortis, atque ſupra modum liberalis. iſte adhuc Decanus exiſtens, caſtrum in *Rinecke*, ut ſupra dictum eſt, *Reinaldi* Epiſcopi manu valida reaedificavit, & praefatos Tyrannos fugavit, factus vero Archiepiſcopus, in manu forti Saxoniam intravit, & *Aleslewe* obſedit, tota terra *Henrici* ducis depopulata, cum triumpho rediit. ducatum *Weſphaliae* adjecit colo-

colonienſi. emit praeterea ſancto *Petro* plurima caſtra; dein, cum *Heinrico*, filio Imperatoris *Friderici*, quem *aquis grani* unxit in Regem, profectus in apuliam, obiit *Neapoli.* ejus oſſa *Coloniam* relata ſunt, & honorabiliter caeteris Epiſcopis juxta *Reinoldum*, in domo beati *Petri*, ſunt recondita. hic ſedit annis XX. ſepultus Anno M. C. XCI.

BRUNO.

Majoris Eccleſiae Praepoſitus; hic, electione facta in *Lotharium* Bunenſem Praepoſitum, minis Nobilium caſſata, Epiſcopus eſt factus, ſicut ſuperius dictum eſt de *Friderico*, cujus extitit frater carnalis; iſte debilis & ſenex renuntiat Epiſcopatum, cum ſediſſet Annis III. Anno M. CXCIII. Anno MCXCII die *B. Urbani*, Eccleſia SS. *Appoſtolorum Coloniae* incendio eſt conſumpta.

ADOLPHUS.

Majoris Eccleſiae Colonienſis Praepoſitus, ſucceſſit; iſte, *Henrico* Imperatore mortuo, *Ottonem*, *Heinrici* quondam Ducis Saxoniae filium evocatum, paucis faventibus Epiſcopis, vel Principibus, *Coloniae* in Regem elegit, & *aquis grani* conſecravit; caeteris Principibus *Philippum*, fratrem Imperatoris in Regem eligentibus. hinc per totum Regnum graves & multiplices querrae, & terra maxime Archiepiſcopatus colonienſis, incendiis & rapinis devaſtatur. tandem *Adolfus* neceſſitate compulſus, &, ut quidam ferunt, pecunia coruptus, *Ottonem* deſeruit, & ad *Philip-*

pum se transtulit, & eum, inconsulto Papa, contra justitiam *aquis grani* in Regem consecravit; unde ipse ab *Innocentio* Papa excommunicatus est, & per *Sifridum* moguntinum Archiepiscopum & Cameracensem, a Domino Papa delegatos judices in Ecclesia S. *Petri* coram *Ottone* Rege, & universo clero & populo de dignitate pontificali deponitur, & ut alius eligatur, indicitur. sedit in Episcopatu annis XII. desinit Anno M. CC. V. iste fuit de *Seyna.*

BRUNO.

Bunensis Praepositus, succesit. quo ordinato, *Philippus* Rex offensus a colonienſibus, cum exercitu *Coloniam* venit, & eam obsedit: sed cum nihil proficeret, *Nussiam* profectus, eam in deditionem accepit, & *Adolpho* praeposito tradidit. iterum anno sequenti, *Philippus* Rex Episcopatum colonienſem devastare coepit, cui *Bruno* cum *Ottone* Rege occurrere statuens, juxta *Wassenburg* congressi sunt, ibique victore *Philippo*, & *Ottone* fugato, *Bruno* Archiepiscopus capitur, vinculisque mancipatus, per annum in custodia detinetur, quem tamen postea idem *Philippus*, ad gratiam Romani Pontificis transmisit cum duobus Cardinalibus, quos idem Papa in alemanniam ad eundem *Philippum* ad pacem confirmandam inter ipsum & *Ottonem*, miserat; postea, occiso *Philippo* Rege, idem *Bruno* cum litteris Papae ad sedem propriam revertitur, & ab omnibus cum honore susceptus, in brevi defungitur, & in domo

domo S. *Petri* cum planctu omnium deponitur. hic ſedit annis III. iſte fuit de *Hengebach*.

THEODORICUS.

Praepoſitus SS. Apoſtolorum, ſucceſſit; hic, in initio ordinationis ſuae bonus & utilis terrae; poſtmodum contra clerum agens, inviſus & odibilis cunctis efficitur. denique *Ottone* Rege excommunicato idem *Theodoricus*, eo quod illi faveret, infamatus, a *Sigifrido* Legato apoſtolico ſimiliter excommunicatur; ſed cum parvi penderet, & in *coena Domini* divina celebraſſet, & chriſma confeciſſet, ab eodem ſecundum praeceptum Apoſtolici, officio & beneficio deſtituitur. qui poſtea *Romam* ad ſatisfactionem progreſſus, cum jam per triennium ibi exulaſſet, nec aliquid in cauſa ſua profeciſſet, Primores colonienſes ad Electionem alterius convenire praecipiuntur. iſte fuit de *Monte*, & ſedit annis V.

ENGELBERTUS.

Majoris Eccleſiae Praepoſitus, ſucceſit; qui, dum Epiſcopatum undique ſciſſum & deterioratum comperit, audacia quaſi Leonis aſſumpta, quia tali periculo erat neceſſaria, pacem & aequitatem reſtituens, & malefactores reſtringens ſingula provide diſpoſuit, debita anteceſſorum ſuorum uſque ad XXVI. marcarum millia perſolvit. cumque idem Epiſcopus in multis laboraſſet laudabiliter, a *Friderico* comite de *Iſenburg*, ſuo conſanguineo occiditur, non longe a villa, quae *Swelme* nominatur; nocte adveniente illud defertur in

Swel-

Swelme, inde, die tertia ad *veterem-montem* in clauſtrum, ubi a fratribus loci illius corpus cum ingenti luctu receptum, eſt cuſtoditum. inteſtina ejus ibidem terrata ſunt; & in vigilia B *Martini Coloniam* adducitur, ubi in Eccleſia S. *Petri* depoſitum, multis claruit miraculis. Anno M. CCXXV.

HENRICUS.

Praepoſius Bunenſis, genere de *Mulenark*: qui ſtatim poſt Electionem, in vindictam necis ſui piiſſimi praedeceſſoris, coram primoribus praeſtitit juramentum. nec longa mora intervenit, cum illud deteſtabile receptaculum ſicariorum, caſtrum *Yſenburg* obſeſſum, & in deditionem acceptum, ſolo aequatum eſt. hoc idem accidit de alio caſtro perfidiſſimi comitis, qubd dicitur *novus-Pons*. in natali ſequente dominus *Conradus* Portuenſis Epiſcopus, & S. *Ruffinae* Cardinalis, apoſtolicae ſedis legatus, *Coloniam* venit, qui *Fridericum* praedictum & ſuos complices terribili anathemate prophanat. ipſo Anno, *Henricus* electus in Archiepiſcopum *Coloniae* a Trevirenſi Archiepiſcopo, die XII Kalend. Octobris conſecratur; praeſentibus omnibus ſuffraganeis & Abbatibus vicinis, in tanta ſolempnitate, qualis ante raro vel nunquam viſa eſt. Item eodem Anno *Fridericus* comes Impii autor homicidii, jam per totum annum profugus, a quodam milite Leodienſi, nomine *Banzo* de *Geneffe*, pro duobus millibus & centum marcis, venumdatus eſt, & Colonienſi Archiepiſcopo ſiſtitur, hinc infelix con-

fractis

fractis cruribus elevatus est super pyramidem, & in rota positus. postea, Conveninentibus Episcopis & nobilibus terrae ministerialibus S. *Petri*, nobiles quidam, qui pro huiusmodi interfectione suspecti habebantur, expurgationem, licet difficulter, coram Archiepiscopo & primoribus Colonienfibus, cum juramento obtulerunt, ibique comes de *Teckinenberg* reus approbatus, excommunicatur.

CONRADUS.

Eligitur in Archiepiscopum Anno MCCXXXVII. Sedit annis XXIII & VI mensibus. iste fuit de *Hostaden.*

Anno Domini M. CCXLVIII. ipsa die assumptionis beatae virginis inchoatum est opus Majoris Ecclesiae Colonienfis a venerabili Archiepiscopo *Conrado.*

ENGELBERTUS de *VALKINBURG.*

Electus est die octava *Remigii* Anno M. CCLXI.

Anno Domini MCCLXII ipso die *Medardi*, cives colonienses ceperunt portas & Turres civitatis colonienfis armata manu.

Anno Domini M. CCLXIII. Captus est praedictus *Engelbertus Coloniae*, die tertia post festum beatae *Catharinae*, & detentus est Captivus per XX dies.

Anno Domini MCCLXV. V. non. Septembris Dominus *Engelbertus* Archiepiscopus Colonienfis cum ingenti exercitu obsedit civitatem Colonienfem, & duravit obsidio usque ad idus ejusdem mensis.

Anno

Anno Domini M. CCLXVII. ipſo die B. *Pauli* Eremitae praevaluerunt Majores civitatis Colonienſis in conflictu *uff der bach*, contra univerſitatem civium Colonienſium, & ceciderunt *Ruggerus* advocatus, *Ludovicus* magiſter civium, & alii quam plures fuerunt interfecti, & fecerunt exactiones inauditas in populum communitatis.

Eodem Anno, in vigilia beati *Lucae*, captus eſt in conflictu Dominus *Engelbertus* Archiepiſcopus, & ſui adjutores quam plures a comite juliacenſi, & detentus eſt Captivus annis IIII.

Anno Domini M. CCLXIX in nocte *maurorum*, tradita eſt civitas Colonienſis domino Archiepiſcopo *Engelberto*, & ſuis amicis, propter quod fuit magnus conflictus, & paevaluerunt cives in illo conflictu.

Anno M. CCLXXI die XIII. Maii *Engelbertus* Archiepiſcopus abſolutus eſt a vinculis.

Anno Domini M. CCLXXIV. mortuus eſt praedictus *Engelbertus*, & ſepultus in Eccleſia Bunnenſi, quia diebus illis civitas colonienſis per IIII. annos fuit interdicta.

SYFFRIDUS de WESTERBURG.

Anno, quo ſupra, M. CCLXXIIII. in vigilia *Othmari* Abbatis, poſtulatus eſt Dominus *Conradus* de *Monte*, Praepoſitus beatae *Mariae ad gradus*, a ſolis Canonicis majoris Eccleſiae Colonienſis, non admiſſis caeteris Primoribus, videlicet: Praepoſitis, Abbatibus & Decanis, qui dicebant, ſe Electioni Pontificis Colonienſis debere interesſe, & Dominus *Siffridus* de *Weſterburg*, Praepoſi-

positus moguntinus, a solo Domino *Petro* de *Vigenna* Praeposito Majoris Ecclesiae Colonienſis electus est, & praevaluit, per Papam *Gregorium* X ipso die *Heriberti*. Anno M. CCLXXVII.

"Anno milleno septeno septuageno
"& bis centeno, domini festo sub amaeno
"Praesulis *Herberti*, voluit fortuna reverti
"ad populum *Christi*; Iuliacensis, quia tristi
"comes morti ab aquensibus & bene stitur;
"causa quod in culpis periit fraus ultima vulpis
"quadringentorum comitante cohorte virorum
"quia secum temere semel & simul interiere,
"post iterum victi lucente die *Benedicti*.
"sunt juliacenses per honestos Colonienses,
"Praesule certante *Sifrido*, nunc dominante,
"terras & villas, qui cepit & obtinet illas.
"Ergo Tibi Domine *Jesu* sit laus sine fine
"notantur facta, jacet alta superbia fracta.

Anno Domini M. CCLXXIX. die *Maurorum* facta est pax & concordia inter Dominum *Siffridum* Archiepiscopum Colonienſem & comitissam Juliacenſem & ejus filios, Domino *Gotfrido* comite seynenſi ad hoc cooperante & mediante.

Anno Domini M. CCLXXXVII. *Joannes* Dux Brabantiae, comes Juliacenſis, & eorum adjutores posuerunt ante *Rodenkirchen* tentoria sua, & in vigilia *Urbani*, vineas aliquas juxta *Bunnam* destruxerunt, dein in obsidionem castri in *Vurung* processerunt, per adjutoria comitum de *Monte*, de *Marka*, & civium Colonienſium.

Anno Domini M. CCLXXXVIII. ipso die S. *Bonifacii* Dominus *Syffridus* Archiepiscopus Colonien-

lonienſis, *Reinoldus* comes gelrenſis, *Henricus* comes Lutzenburgenſis & frater ſuus *Walramus* & Dominus *Waltherus* de *Walkenburg*, cum ſuis adjutoribus, aeſtimati ad III. millia & ſexcenti, abſque pedeſtribus ex una parte; *Joannes* vero Dux Brabantiae, *Walramus* praepoſitus aquenſis, comes Juliacenſis, *Adolfus* comes de *Monte*, *Eberhardus* comes de *Marka* & cives Colonienſes. hi pauciores erant aliis quoad numerum Equitum, multitudine vero peditum habundabant, ex altera parte. in campo juxta *Wurung*, ſito inter *Coloniam* & *Nuſſiam*, ad pugnam congreſſi ſunt, & praedicti, Dux Brabantiae, comites & eorum adjutores obtinuerunt campum, & ceciderunt ab utraque parte plusquam ducenti viri, inter quos comes *Lutzenburgenſis* & ſui fratres: Dominus vero *Syffridus* Archiepiſcopus & comes gelrenſis & multi alii capti ſunt.

Anno Domini M. CCLXXXIX. in octava Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* liberatus fuit Dominus *Syffridus* Archiepiſcopus Colonienſis a vinculis comitis de *Monte*.

Anno Domini M. CCXCV. in craſtino *Valentini Eberhardus* comes de *Marka* obſedit auxilio ducis Brabantiae, comitis de *Monte*, *Gerhardi* de *Juliaco*, Domini de *Valkenburg* & civium Colonienſium, oppidum Eccleſiae Colonienſis *Reclinchuſen*; iſta obſidio VIII. Ebdomadibus duravit, & in fine octavae Ebdomadae quidam incolae ipſius oppidi, invitis & ignorantibus officiato, & aliis militibus, qui venerant ad defenſionem oppidi,

pidi, dictum oppidum comiti prodicioſe tradiderunt.

Anno Domini MCCXCVI. obiit *Siffridus* Archiepiſcopus in *die palmarum*.

WICBOLDUS.

Electus fuit anno quo ſupra MCCXCVI. Anno Domini MCCXCVII. in die annuntiationis B. *Mariae* virginis ſententiae interdicti & excommunicationis latae autoritate apoſtolica in civitatem & cives Colonienſes, obſervatae VII. annis, VII menſibus & IX diebus relaxatae ſunt per Dominum *Wicboldum* Archiepiſcopum Colonienſem autoritate apoſtolica.

Anno MCCCIIII obiit *Wicboldus* Archiepiſcopus in Hebdomada ſancta.

HENRICUS de WIRNEBURG.

Succeſſit anno, quo ſupra.

Anno MCCCXIII in vigilia paſchae erat magnum incendium in foro grecorum.

Anno MCCCXVIII. cives Colonienſes obſederunt caſtrum in *Brule*, auxilio comitis Hollandiae & Hannoniae, *gerardi* comitis Juliacenſis, *adolfi* comitis de *Monte*, & aliorum plurimorum, & haec obſidio duravit quaſi XII Septimanis.

Anno MCCCXXVI combuſtus fuit frater *Waltherus* Presbyter, degradatus per Dominum *Henricum* Archiepiſcopum Colonienſem.

Anno MCCCXXXI. crevit nobiliſſimum vinum, cujus ſimile antea non erat auditum in noſtris regionibus.

Anno MCCCXXXII in Epiphania Domini, circa auroram obiit venerabilis Pater Dominus *Heinricus* Archiepiſcopus.

WALRAMUS.

Anno Domini MCCCXXXII Sexta Kalend. Februarii *Joannes* Papa XXII. Eccleſiae praefecit Colonienſi Dominum *Walramum*, filium *gerhardi* comitis Juliacenſis, tum Leodienſis Eccleſiae Praepoſitum.

Anno MCCCXLVI die XIX. menſis Julii occiſus fuit Dominus de *Valckenburg*, *Theodoricus* nomine, per cives Leodienſes in quodam conflictu habito ante civitatem eorum.

Anno Domini MCCCXLIX die XIIII menſis auguſti obiit *Walramus* Archiepiſcopus.

Anno eodem, die vero XXIII. menſis auguſti mortificati fuerunt judaei infra *Coloniam*, quidam eorum occiſi, quidam per incendium conſumpti.

WILHELMUS.

Anno, quo ſupra, XV Kalend. januarii, praefecit *Clemens* Papa VI. Dominum *Wilhelmum* Praepoſitum S. *Severini* in Archiepiſcopum Colonienſem.

Anno Domini MCCCLI. XII. menſis Junii dimiſſus fuit *Wilhelmus* marchio Juliacenſis a captivitate ſua.

Anno Domini MCCCLII die XXX. menſis martii poſt veſperas, infra immunitatem majoris Eccleſiae, in domo officialis Colonienſis, occiſi fuerunt Dominus *Reynoldus* de *Spanheym*, Praepoſitus

Digitized by Google

positus S. *Mariae* ad *gradus moguntiae*, & Canonicus Ecclesiarum moguntinae & Colonienſis, & Dominus de *Mulenarken*, Diaconus & Canonicus Ecclesiae Colonienſis.

Anno Domini MCCCLVI die XX. Septembris *Wilhelmus* Marchio Juliacenſis captus fuit per filios ſuos, & ipſi detinuerunt eum Captivum in *Werde*, XXI. menſibus minus VIII. diebus.

Anno Domini MCCCLXIX. Reverendus Pater Dominus *Cuno* archiepiſcopus Trevirenſis, pro tunc adminiſtrator Ecclesiae Colonienſis, ſede vacante, litteris & proceſſibus ſuis mandavit Praelatis, & clero univerſo, ſub poena excommunicationis latae ſententiae, ut omnes & ſingu-li in civitate colonienſi reſidentes, ipſam civitatem exirent, & ad alia loca, ad minus per unam leucam a praedicta civitate diſtantia, ſe transferrent, ac ipſam civitatem nullatenus intrarent, propter ihjurias & moleſtationes, quas ipſis in venditione vinorum ſuorum, in novis impoſitionibus per inſtrumentum dictum Krann apud *Rhenum*, ac aliis exactionibus ſuper alecibus, Buckingis, ſale &c. impoſitis, ac etiam quia cum duobus, dormientibus in choro Ecclesiae majoris, ipſi cives cuſtodiam fieri fecerunt de ſanctis corporibus *trium Regum.*

CHARTAE AD ILLUSTRANDAM ECCLESIAE MINDENSIS HISTORIAM RESIDUAE.

CLXIII.

UNIO MONASTERIJ IN *HEMERINGEN* ORDINIS S. *AUGUSTINI* CUM MONASTERIO B. *MARIAE* V. ET S. *JACOBI* IN *RINTELEN* ORDINIS S. *BENEDICTI* CUM TRANSLATIONE REDITUUM ET PENSIONUM ANNUARUM.

Albertus Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Mindenſis univerſis & ſingulis ad quos preſentes noſtre littere pervenerint, quoſque infra ſcriptum tangit negotium ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum ſalutem in Domino ſempiternam. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam dignum eſſe dinoſcitur, ut qui ſanctorum Patrum veſtigiis quo ad fidem ambulamus, eorundem etiam, quantum ex alto conceditur ſacras obſervationes imitamur & cum religiones multum a viis predeceſſorum hoc tempore adeo declinaverunt quod in pleriſque monaſteriis non ſolum monaſtica vita ſed & regularis diſciplina periſſe dinoſcitur, Nos hujusmodi abuſione quantum cum Deo poſſumus, obviare volentes ut periculoſa religioſis evagandi materia ſubtrahatur, ad certa mona-

monaſteria noſtre dioceſis ad viſitandum noſtros fideles deſtinavimus & ex eorundem relatione didicimus quod moniales monaſterii in *Hemeringe* ordinis S. *Auguſtini* noſtre dioceſis contra regularem obſervantiam hinc inde in mundo vagantur, cum mulieres vagari non contigit nec virorum cetibus immiſceri & quod fructus & reditus dicti monaſterii adeo tenues ſunt & exiles quod perſone dicti monaſterii ſe ſuſtentare commode non valent, quare pro parte nobilium *Adolphi* & *Erici* comitum de *Schowenborch* fuimus debita cum inſtantia requiſiti, in quorum comitatu dinoſcitur collocatum ut moniales dicti monaſterii in *Hemeringe* ordinis ſancti *Auguſtini* ad monaſterium beate *Marie* virginis & beati *Jacobi* in *Ryntelen* *) ordinis ſancti *Benedicti* & ad ordinem in quo regularis obſervantia ſervatur transferre & dictum Monaſterium *Hemeringe* monaſterio in *Rintelen* perpetuo unire annectere & incorporare dignaremur; Nos igitur ſanctorum Patrum veſtigiis quantum nobis ex alto conceditur, imitare volentes & prefatorum nobilium comitum peticionibus in hac parte favorabiliter annuentes, ideoque in de & ſuper premiſſis plenarie & ſufficienter informati & certificati etiam de conſenſu & conſilio capituli noſtre Eccleſie Mindenſis ſepedictas moniales in *Hemeringe* ordinis ſancti *Auguſtini* ad Monaſterium beate *Marie* virginis & beati *Jacobi* Apoſtoli in *Rintelen* ordinis ſancti *Benedicti* & ad dictum ordinem tanquam artiorem in Dei nomine transferimus, dictumque monaſterium in *Heme-*

ringe cum omnibus juribus incorporationibus ſingulisque fructibus redditibus proventibus & pertinentiis ſuis prefato monaſterio in *Rintelen* in qua regularis viget obſervantia auctoritate noſtra ordinaria in perpetuum duximus incorporandum uniendum & annectendum & tenore preſentium incorporamus unimus & annectimus, ita videlicet quod mox poſt requiſitionem & monitionem canonicam Abbatiſſa in *Rintelen* pro tempore poſſeſſionem realem & actualem dicti monaſterii incorporati ſive dicte parochialis Eccleſie in *Hemeringen* omniumque jurium & pertinentiarum predictarum auctoritate propria apprehendere & per ydoneum presbiterum ad nutum ipſius Abbatiſſe pro tempore ponendum & amovendum regi & gubernari facere nec non fructus redditus & proventus ex eisdem provenientes in uſum dicti monaſterii juxta voluntatem dicte Abbatiſſe & Conventus in *Rintelen* & ſuorum ſucceſſorum convertere, alicujus ſuper hoc licentia ſeu conſenſu minime requiſito, ſic tamen quod per incorporationem unionem & annectionem predictas in dictis monaſterio & eccleſia incorporatis divinus cultus nullatenus diminuatur ſed inibi cultus divinus laudabiliter deſerviatur, quodque predicta Abbatiſſa in *Rintelen* & ſue ſucceſſores pro tempore ratione dicti monaſterii & eccleſie incorporati nobis & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum jura Epiſcopalia ſolvere & ipſius Eccleſie onera conſueta integre ſupportare teneantur abſque contradictione quacunque; que quidem omnia & ſingula premiſſa

vobis

vobis omnibus & ſingulis ſupradictis & cuilibet veſtrum in ſolidum intimamus inſinuamus & notificamus ac ad veſtram & cujuslibet veſtrum noticiam deducimus & deduci volumus per preſentes. Qua propter vobis omnibus & ſingulis predictis & aliis qui tenore preſentium requiſiti fuerint ſub excommunicationis pena quam in hiis ſcriptis ferimus trium tamen dierum canonica monitione premiſſa diſtricte precipiendo mandamus quatinus contra incorporationem unionem & annectionem predictas & alia premiſſa conjunctim & diviſim penitus & omnino nichil attemptare preſumatis nec aliquis veſtrum preſumat neque prefatas Dominas Abbatiſſam Conventum & Prepoſitum in *Rintelen* in premiſſis ſeu aliquo premiſſorum quoquo modo impediatis ſeu impediant nec impedientibus auxilium conſilium vel favorem dent ſive preſtent. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras literas exinde fieri ſigillique noſtri juſſimus & fecimus appenſione communiri.

Et nos *Hardewicus* Prepoſitus *Johannes* Decanus totumque Capitulum Eccleſie Mindenſis, quia premiſſa omnia & ſingula facta geſta & acta per predictum Reverendum Patrem & Dominum noſtrum Dominum *Albertum* Epiſcopum predictum preſentibus recognoſcimus de noſtro conſilio beneplacito conſenſu & aſſenſu eſſe & fuiſſe. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum ad contractus dictum una cum ſigillo dicti Reverendi Patris preſentibus juſſimus appendi. Datum & Actum

in *Caſtro noſtro Montis* ſub Anno Domini MCCCC LX. octavo ipſo die ſancti *Magni* Epiſcopi & Martiris. 6. Sept.

*) *Adolphus* Mindenſis Epiſcopus Monaſterium monialium *Biſchoperode* in oppidum *Rintelen* transtulit; earundem primus habitus ſecundum Ordinem Ciſtertienſem griſeus erat, dein mutatus in album.

CLXIV.

LITTERA CAMPANARIORUM ECCLESIE MINDENS. PRO PULSATIONE MERIDIANA.

Nos *Albertus* Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Mindenſis univerſis & ſingulis preſentes noſtras litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Debitum paſtoralis officii id exigit, ut eis qui ad divini cultus augmentum ordinantur, perpetui roboris obtineant firmitatem, ſane pridem ad populi Chriſtiani devocionem animarum ſalutem & peccatorum remiſſionem in noſtra Mindenſi ac aliis eccleſiis & locis piis auctoritate Apoſtolica laudabiliter extitit inſtitutum, ut ſingulis diebus veneris ſive feriis ſextis in meridie magna compulſetur campana & populus fidelis ſub pulſu hujusmodi flexis genibus in paſſionis Domini noſtri *Yheſu Chriſti* reverentiam & memoriam tres dicat Dominicas orationes & totidem Angelicas ſalutationes *) nonnullis Indulgenciis devote dicentibus dicta auctoritate conceſſis, et ne

pium

pium opus hujusmodi negligatur ac ad pulsandum deputati propter emolumentorum exilitatem a laboribus retrahantur fideliter perpetue exequatur, idcirco unam prebendam crucis communiter nuncupatam primo vacaturam, quarum dispositio ad nos pleno jure dinoscitur pertinere cum suis emolumentis custodibus sive campanariis Ecclesie nostre Mindensis & eorum officio pro pio opere hujusmodi complendo perpetuo unimus reservamus incorporamus & annectimus publice per presentes, & insuper ut devocio populi circa predicta augeatur, ultra indulgentias auctoritate apostolica, ut prefertur concessas quadraginta dies indulgentiarum devote modo premisso dicentibus singulis diebus prefatis auctoritate nostra ordinaria adicimus & adjungimus per presentes, In cujus rei testimonium presentes nostras litteras exinde fieri & nostri sigilli fecimus appensione communiri. Datum in castro nostro *Petershagen* sub Anno a nativitate Domini MCCCCLXVIIII. ipsa die Dominica judica Passionis Domini. Ut autem premissa omnia & singula perpetua maneant & firma nos Prepositus Decanus & Capitulum Ecclesie Mindensis in devocionis augmentum omnia supradicta ex certa scientia confirmamus ratificamus & approbamus & presentis scripti patrocinio communimus. Datum *Minde* ut supra sub sigilli nostri appensione.

19. Martij.

*) Pia haec institutio facta jam fuit sub *Conrado* Archiep. Mog. in synodo provinciali an MCCCC XXIII. habita, vid. *Concilia Germaniae Tom. V. p. 209.*

Sequitur in Chartarum Ordine Conſervatorium Eccleſiae Mindenſis, quod ejusdem tenoris eſt ac illud Collegiatae B. *M.* V. ad gradus *Moguntiae* conceſſum an. 1473. quod alibi dabimus.

CLXV.

PERMUTATIO DUORUM MANSORUM ET UNIUS MOLENDINI IN *GEYNHUSEN* &c.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentia viſuris *jo.* dictus de *Adenoys* ſalutem in Domino ſempiternam, juſtam & ordinatam commutationem eſſe factam de proprietate duorum manſorum & unius molendini in *Geynhuſen* inter venerabilem Dominum Epiſcopum Mindenſem & Capitulum ſuum ex una parte & ex parte noſtra de proprietate duorum manſorum & unius molendini in *Adenoys* de conſenſu heredum noſtrorum preſentibus proteſtamur, ne igitur unquam de hac ordinata commutatione facta ex conſenſu utriuſque partis poſtmodum dubium oriatur eam ſigilli noſtri karactere roboramus. Datum *Adenoys* Anno gratie Milleſimo CCCC. octuageſimo ſecundo.

CLXVI.

UNIO PREBENDARUM IN MONTE ET NOVA OBLIGATIO AD CAPELLAM CASTRI MONTIS.

Hinricus Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Mindenſis univerſis & ſingulis ad quos preſentes noſtre littere pervenerint ſalutem in Domino. Noveritis quod validus *Juſtacius de Monnickbuſen* advocatus caſtri montis & vaſallus noſtre Dioceſis nobis expoſuit qualiter in collegiata Eccleſia ſanctorum *Marcelli* & *Marcelliani* ejusdem montis fuerint & ſint plures fundati Canonicatus & prebende quorum collacio proviſio preſentacio ſeu quevis alia diſpoſicio ad eum pro nunc de jure dinoſcitur pertinere, que ſiquidem prebenda propter continuas querras in fructibus quaſi ad nichilum ſit redacta adeo quod nullus Canonicorum ad longa tempora in eisdem prebendis reſidentiam fecit nec facit de preſenti nec Deo & fundatorum omniumqne Chriſti fidelium animabus juxta earundem prebendarum inſtitutionem & fundationem ſatis factum fuit nec ſatis fit de preſenti, unde nobis humiliter ſupplicavit quatinus ut animabus fundatorum earundem prebendarum ſatis fiat ac omnipotenti Deo ejusque intemerate matri virgini *Marie* ac omnibus ſanctis honor & gratiarum actio exhibeatur hujusmodi prebendam unire auctoritate noſtra dignaremur, Nos tunc *Hinricus* Epiſcopus vocatis & conſtitutis coram nobis diſcretis viris Dominis *Anthonio oulbuſen*

huſen & *Johanne Sternebercb* ejusdem eccleſie Canonicis qui prebendas ſuas ſponte ad effectum predictum ad manus noſtras & dicti *Juſtacii* advocati noſtri reſignarunt ac alie prebende ejusdem eccleſie per mortem quondam Domini *Johannis Lesbardigk* ultimi poſſeſſoris eiusdem extra Romanam curiam defuncti vacantes & deinde cum venerabilibus viris Dominis *Bernhardo Groperdorff* Prepoſito & *Conrado Joberch* Decano ac Canonicis & Capitulo noſtre Eccleſie Mindenſis deliberatione prehabita prebendam hujusmodi ſic ut premittitur vacantem auctoritate noſtra ordinaria de expreſſo dictorum Dominorum Prepoſiti Decani & Capituli ac *Juſtacii* de *Monnickhuſen* advocati noſtri conſenſu & aſſenſu duximus uniendam & unimus in Dei nomine per preſentes ac easdem prebendas ſic unitas in perpetuum beneficium in honorem ſancte & individue *Trinitatis* beate *Marie* virginis omnium ſanctorum beatorum *Marcelli* & *Marcelliani* martyrum ereximus & fundavimus prout de preſenti erigimus & fundamus fructus redditus & proventus ad easdem prebendas ſpectantes & pertinentes ad dictum beneficium nichilominus & ejus pro tempore poſſeſſorem aſſignandos & deputandos, & ne eiusdem beneficii primus poſſeſſor & ſui in eodem ſucceſſores propter fructuum reddituum & proventuum ejusdem exiguitatem inopiam patiantur aut mendicatum ire cogantur de predictorum Dominorum Prepoſiti Decani & Capituli Eccleſie noſtre Mindenſis ac *Juſtacii* Advocati noſtri conſenſu & aſſen-

ſenſu ut eiusdem beneficii pro tempore poſſeſſor orationi vacare & divino officio inſiſtere poſſit & valeat ipſi & eisdem ſuis in eodem beneficio ſucceſſoribus per nos ceteroſque ſucceſſores Epiſcopos Mindenſes ac dictum *Juſtacium* advocatum nec non & ſuos in eadem advocatia ſucceſſores dietim de menſa ac victu providere ſtatuimus aſtringimus ac aſtrictos eſſe volumus & decernimus per preſentes ipſumque dicti beneficii poſſeſſorem & eius in eodem ſucceſſores auctoritate noſtra predicta ut in ſingulis ſeptimanis duas unam in honorem beatiſſime *Marie* virginis & aliam pro fidelibus defunctis & fundatorum earundem prebendarum animabus miſſas in capella noſtri caſtri montis celebrare debeat & ad celebrandum ſit aſtrictus prout aſtringimus & aſtrictos eſſe volumus & decernimus per preſentes, dummodo in noſtro aut noſtrorum ſucceſſorum Epiſcoporum Mindenſium ſervicio aut officio ſpeciali non fuerit qua vice eundem poſſeſſorem & ipſius ſucceſſores ſolum & dumtaxat volumus eſſe excuſatos preſentacione beneficii hujusmodi nihilominus dicto *Juſtacio* advocato & ſuis in eadem advocatia ſucceſſoribus reſervata. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum has noſtras litteras exinde fieri & noſtri ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Et nos *Bernhardus Groperdorp* Prepoſitus & *Conradus Hoberch* Decanus totumque capitulum eccleſie Mindenſis publice recognoſcimus per preſentes quod hujusmodi prebendarum unio & in titulum beneficii erectio & fundacio fuerunt & ſunt facte de noſtro pleno expres-

preſſo conſenſu & voluntate *) & in teſtimonium premiſſorum ſigillum capituli noſtri ad cauſam preſentibus duximus & juſſimus appendendum. Et Ego *Juſtacius de Monickhuſen* advocatus caſtri montis & famulus Mindenſis Dioces. publice proteſtando recognoſco per preſentes quod hujusmodi prebendarum unionis peticio & earundem unio & perpetui beneficii erectio & fundatio fuerunt & ſunt facte de meo expreſſo conſenſu & in teſtimonium premiſſorum has litteras ſigillis prefatorum Dominorum Epiſcopi Prepoſiti Decani & Capituli Eccleſie Mindenſis predicte ſigillatas mei etiam ſigilli feci appenſione communiri ſub anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo die vero. . .

*) Decentius eſt, duorum etiam trium beneficiorum per injurias temporum attenuatorum fructus ſub eodem titulo uni tribuere, quam duos vel tres habere beneficiatos ſine congrua ſacerdotali cum dedecore ſtatus clericalis.

CLXVII.

FUNDACIO COMMENDE SS. *FABIANI* ET *SEBASTIANI* IN PARADISO.

In nomine ſancte & individue Trinitatis Amen. *Florinus Durkoipf* curie Mindenſis Officialis nec non Reverendi in Chriſto Patris & Domini Dni *Hinrici* *) Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopi Mindenſis in ſpiritualibus vicarius generalis omnibus in Chriſto pie & juſte viventibus in eo qui eſt

eſt omnium vera ſalus ſalutem. Officii noſtri debitum exigit & requirit ut ea que ad divinum cultum in domo Domini a fidelibus ordinabuntur perpetue firmitatis robore confirmemus, & ad hoc ut noſtris temporibus divinus cultus augeatur operam damus, proinde notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris quod cum honorabilis vir Dominus *Johannes Olderogghe* presbiter Mind. Dioc. quondam rector parochialis Eccleſie in *Luckenbremen* Dioceſis predicte pia intentione motus ad laudem & honorem omnipotentis Dei beate *Marie* virginis & omnium ſanctorum ob remedium & ſalutem ſue & quondam Domini *Hinrici Brandis* Eccleſie Mindenſis dum vixit vicarii & ſtructurarii dictorum Dominorum *Johannis* & *Hinrici* parentum fratrum & ſororum & omnium benefactorum ſuorum ac omnium Chriſti fidelium animarum quandam perpetuam commendam ad altare in honore ſanctorum *Fabiani* & *Sebaſtiani* Martirum nec non *Margarete* Virginis & *Gregorii* Confeſſoris in paradiſo **) dicte Eccleſie ſitum actu conſecratum de bonis ſibi a Deo collatis dotare cupiens ipſeque Dominus *Johannes Olderogge* quadraginta florenos *Renenſes* in curia *Wulpecke* prope *Buckeberg* emptos a *Valido Rabodone Semell* & ſuis heredibus quam pro nunc *Cordt Steneke* colit poſſidet & fructificat, Item viginti quinque florenos Renenſes in & ex omnibus & ſingulis bonis tam mobilibus quam immobilibus Dni *Lamberti Tribbern Johannis* & *Rayneri* fratrum ſuorum, ex quibus annis ſingulis due marce Bremenſes ſolventur.

ventur. Item centum florenos Renenſes cum *Johanne Buſchen* & *Borchardo Buſchen* in decima eorum in *Oldendorpp* ſub caſtro *Schomborch* ex quibus annis ſingulis ſex ſolventur floreni conſimiles. Item quinquaginta florenos Renenſes in dem *Schwartenn Steine* to *Borholte* prope der vom *Werppe*, que bona pro nunc colit *Bened. Huckesholl* ex quibus annis ſingulis proveniunt & ſolventur viginti quatuor *Witſchepel* ordei. Item decem florenos Renenſes in *Wulpecke* penes Dominum *van Wetberge* per prefatum Dominum *Johannem* fundatorem emptos & empta ad dictum altare donatione irrevocabili & abſque ſpe redemendi ad donata dedit ipſamque perpetuam commendam ad altare predictum dotando & in perpetuum uſum rectoris dicti altaris pro tempore exiſtentis applicando deputavit & aſſignavit per preſentes hac conditione adjecta quod dictus Dominus *Johannes Olderogge* prefati altaris ſanctorum *Fabiani* & *Sebaſtiani* martirum *Margarete* virginis & *Gregorii* Confeſſoris primus debeat eſſe Rector ac quod prefatus Dnus *Johannes Olderogge* fundator de hujusmodi bonis & redditibus ad altare prefatum datis deputatis & aſſignatis ac dandis deputandis & aſſignandis quouſque vixerit victalitium obtinebit & habebit, ipſoque Domino *Johanne* fundatore in Domino defuncto idem Dnus *Johannes* fundator voluit atque conſenſu noſtro & aliorum quorum intereſt, ordinatione perpetuo valitura ordinavit & diſpoſuit, quod dictum altare cum dictis bonis datis ſic ex nunc prout ex tunc erectum

tum & in perpetuam commendam ſacerdotalem in peradiſo dicte Eccleſie Mindenſis perpetue maneat in futurum, ita quod poſt obitum dicti Dni *Johannis* fundatoris ſuccentori pro tempore dicte Eccleſie Mindenſis actu in ſacerdotio conſtituto vel qui ſuccentor infra annum a tempore collationis & proviſionis ſibi facte ſe poſſit & debeat facere in ſacerdotem legitime promoveri modo infra ſcripto conferatur ſibique de eodem cum predictis bonis provideatur, qui ſuccentor duas miſſas unam videlicet pro omnibus fidelibus defunctis, reliquam vero de tempore ſecundum velle ſuum ſingulis ſeptimanis per ſe celebrabit vel per alium idoneum celebrare procuret, verum ſi prelibata bona ſic ut premittitur comparata per illos qui ea vendiderunt reemi contingeret, ex tunc idem fundator voluit quatenus ſuccentor pro tempore & hujusmodi altaris poſſeſſor ſummam florenorum ſive pecuniarum hujusmodi apud Dnos vicarios in Eccleſia Mindenſi & ad eorum eiſtam cauſa cuſtodie deponat, donec & quo uſque idem ſuccentor cum ſcitu & conſenſu venerabilium Dominorum Prepoſiti Decani & Capituli ſepedicte Eccleſie Mindenſis alios conſimiles annuos redditus cum ſumma memorata emere poſſit & valeat cum effectu. Idem quoque ſuccentor cui de dicto altari fuerit proviſum ad debitum chori & ad obediencium Decani tamquam vicarii in dicta Eccleſia Mindenſi perpetue erit obligatus, & ſi idem ſuccentor de dicta commenda ut premiſſum eſt proviſus fuerit in ſupradictis miſſis legendis per ſe vel per alium ut predicitur ex officio ſuccen-

toris quoquo modo negligens seu tardus aut vel alias Dominis de Capitulo rebellis repertus fuerit, toties quoties per venerabiles Dominos Decanum & Capitulum Ecclesie Mindensis predicte ammoveri poterit & destitui & alius in ejus locum & commendam predictam institui & de eadem provideri privilegiis consuetudinibus & ordinationibus & statutis quibuscunque non obstantibus. Placuit igitur Domino fundatori dicto & placet quod presentacio ad eandem commendam cum eam quovis modo vacare contingerit post ipsius fundatoris obitum & non prius ad seniorem camerarium Ecclesie Mindensis antedicte pro tempore existentem auctoritas presentandi & institutio ad eandem ad venerabiles viros Prepositum Decanum & Capitulum Ecclesie Mindensis pertinebunt & pertinere debeant cum effectu. Premissis igitur omnibus & singulis per prefatum fundatorem solemniter conceptis ordinatis & in finem salubriter deductis ipse nobis precibus obnixis humiliter supplicavit, quatenus ad devotam ejus intentionem prenarratam nostri officii debitum per confirmationem debitam & canonicam adhibere dignaremur, Nos igitur *Florinus* officialis & vicarius antedictus volens pie petencium vota & presertim divinorum cultum augentia in quantum possumus adimplere, idcirco commende modo quo predicitur erectionem fundationem institutionem predictorum bonorum ad eam applicationem auctoritatem presentandi & instituendi depositionem & vitalicium predictorum reser-

va-

tionem cum omnibus & ſingulis punctis & ar-
:ulis ſupranarratis auctoritate noſtra ordinaria
nfirmamus approbamus & ratificamus volentes
mandantes ea ab omnibus quorum intereſt per-
:tuis temporibus ſub anathematis ſententia in-
olabiliter obſervari. In quorum omnium & ſin-
ılorum fidem & teſtimonium premiſſorum pre-
:ntes litteras noſtri vicariatus ſigilli appenſione
:cimus communiri. Inſuper nos Prepoſitus ſe-
ior & Capitulum dicte Eccleſie Mindenſis in ſi-
num & evidens teſtimonium & documentum
uod omnia & ſingula premiſſa de noſtris conſilio
:onſenſu & aſſenſu facta & ordinata ſunt ſigillum
ioſtrum quo ad contractus utimur juxta prefati
Domini *Florini* Officialis & vicarii predicti ſigil-
lum in perpetui roboris firmitatem de mandato
noſtro eſt appenſum. Datum Anno Domini Mil-
leſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo Die
vero Martis viceſima tertia menſis Januarii.

*) E comitibus de *Schomborch*.

**) Atrium porticibus circumdatum ante aedes ſacras. Orationale Vetus Baſilicae S. *Petri*. num. 8. Erat oratorium quadriporticum Baſilicae, paradiſum dictum, unde ab eo oratorio per paradiſum procedebant in proceſſione clerici. Vetus charta Fuldenſis apud *Browerum lib. 2. Antiquit. Fuldens. c. 6. Wernherus* omni devotione diligens decorem domus Dei fecit paradiſum in Orientali parte Eccleſiae, columnis, porticibus inferioribus & ſuperioribus honorifice conſtructis; Capellam etiam regia dignitate fulgentem appoſuit, ita ut locum ipſum paradiſum voluptatis non im-

merito appellare possimus. adde *Chronicon Laurishamense ad an. 948.* quod paradisus subinde caemeteriorum vicem praebuerit, vidimus *Treviris* & *Moguntiae* cum nuper paradisus incendio turris Metropolitanae devastaretur aedesque novae extruerentur.

CLXVIII.

FUNDATIO VICARIE SS. TRINITATIS.

Hinricus Dei & Apostolice sedis gratia Episcopus Mindensis universis & singulis in Christo pie & juste viventibus tam presentibus quam futuris salutem in hoc seculo & sempiternam gloriam in futuro. Officii nostri debitum exigit & requirit ut ea que ad divinum cultum in domo Domini a fidelibus ordinantur perpetua roboris firmitate confirmemus hinc est, quod *Hermannus de Frencke* senior nostre Ecclesie Canonicus & *Joannes Berckemayer* presbiter Mindensis dilecti nobis in Christo divino amore pioque desiderio accensi in augmentum Divini cultus suorumque parentum & amicorum omniumque fidelium animarum remedium & salutem & sancte *Trinitatis* & Individue Unitatis laudem & gloriam intemerate beate *Marie* virginis ac tocius celestis curie exercitus quoddam perpetuum beneficium sive unam novam vicariam in nostra Ecclesia Mindensi cum certis bonis & annuis redditibus sufficienter in perpetuum beneficium instaurarunt & erexerunt & dotarunt prout in quadam fundationis littera sigillis

illis dictorum fundatorum desuper sigillata & obis presentata plenius continetur, cujus tenor e verbo ad verbum sequitur & est talis: Nos *lermannus Frencke* senior canonicus Ecclesie & *ohannes Berckemeyer* presbiter Mindensis recoioscimus pro nobis nostrisque heredibus & tamentariis ac ad universorum & singulorum preentium & futurorum perpetuam & rei geste menoriam in hiis scriptis deducimus noticiam per resentes quod ad sancte *Trinitatis* & Individue Jnitatis ac intemerate virginis *Marie* nec non toius celestis curie exercitus laudem & gloriam quoddam novum altare in Ecclesia Mindensi de consensu quorum intererat erigi constrúi & edificari fecimus ipsumque ob animarum nostrarum & progenitorum ac cognatorum nostrorum salutem de bonis nobis a Deo collatis quinque florenos Renenses perpetui annui redditus per me prefatum *Hermannum* de *Frencken* a strenuo *Hartungbo* de *Frencken* pro centum florenis Renensibus in & ex decima in *W'enge* prope *Hamelen* jacente emptos & comparatos juxta tenorem cujusdam patentis littere michi prefato *Hermanno* meisque testamentariis a dicto *Hartungo* de *Frencke* sigillate, ac decem florenos Renenses perpetui annui redditus pro ducentis florenis similibus per me prefatum *Hermannum* aut meos testamentarios jam in depósito causa custodie penes Religiosum patrem & Dnum *Johannem Merler* priorem conventus ordinis Predicatorum in *Minda* existentem adhuc emendos & comparandos ad dictam vicariam sanc-

te *Trinitatis* & Individue Unitatis ac intemerate Virginis *Marie* & ipsius pro tempore possessoris usum perpetuis futuris temporibus applicandos donatione legitima & irrevocabili dono do deputo & assigno. Et Ego *Johannes Berckemayer* sex florenos Renenses perpetui annui redditus per me antedictum *Johannem* a Venerabili viro Dno *Lamberto* de *Slon* Canonico Ecclesie Mindensis & strenuis viris *Rayneken* & *Johanne* de *Slon* fratribus alias condicti de *Tribben* pro centis etiam similibus florenis Renensibus emptos & comparatos in & ex curia vulgariter nuncupata de *Suerhoff* in *Hulhorst* juxta tenorem eciam cujusdam patentis littere michi prefato *Johanni* meisque heredibus & Testamentariis a predictis *Lamberto Raynero* & *Johanne* de *Slon* alias *Tribben* sigillate ad supradictum beneficium sive dictam vicariam & ipsius vicarie pro tempore possessoris usum perpetuis futuris temporibus etiam donatione legitima & irrevocabili ut premittitur dono & do ac deputo & assigno tali tamen condicione adjecta, quod Ego antedictus *Hermannus* primo toto tempore quo vixero pretactos quinque florenorum redditus ac etiam redditus cum predictis ducentis florenis Renensibus comparandos & emendos emovere sublevare & in usus meos tamquam rem meam propriam convertere volo, me vero prefato *Hermanno* de *Frencken* in Domino defuncto predicti tricenti floreni Renenses ac redditus de eis emptis sive comparatis emendis sive comparandis ad usum pretacte vicarie & ipsius pro tempore possesso-

ſeſſoris perpetuis temporibus cedere ut premittitur debeant pariter & remanere, & tunc etiam dicte vicarie pro tempore poſſeſſor ad tres miſſas videlicet prima de ſancta *Trinitate* ſecunda de beata *Maria* virgine tertia pro defunctis in ſingulis ſeptimanis vigore preſentis fundacionis coram dicto altari celebrando ac devote orando pro ſalute animarum predictarum obliganter debet eſſe aſtrictus pariter & obligatus exceptis tamen ſeptimanis ſequentibus diem Palmarum feſtum Paſche Penthecoſtes corporis Chriſti & Nativitatis Chriſti, volumus eciam Nos prefati *Hermannus* & *Johannes* Fundatores quod ſi & quando pretacti redditus aut ipſorum aliqui reempti fuerint ex tunc prefatus pro tempore dicte vicarie poſſeſſor pretactas florenorum ſummas penes Decanum & Capitulum Eccleſie Mindenſis aut communes in dicta Eccleſia Vicarios cauſa cuſtodie deponat donec & quouſque idem poſſeſſor cum ſcitu & conſenſu pro tunc Decani & Capituli Eccleſie Mindenſis ad quem ſeu quos ejusdem vicarie dum vacaverit inſtitucio & inveſtitura pertinet ac perpetuis temporibus pertinere debet conſimiles redditus cum pretactis ſummis emere & comparare poſſit, valeat atque debeat realiter & cum effectu, volumus etiam Nos prefati fundatores quod pretacte patentes littere per prefatos *Hartungbum Lambertum Raynerum* & *Johannem* ſic ut premittitur ſigillate unacum aliis litteris ad premiſſos redditus comparatos aut comparandos nunc & inposterum ad dictam vicariam ſpectantibus & deſerientibus apud communes vicarios & in eorum

ciſta forciori ad nutum & utilitatem ante dicte vicarie Rectoris deponi & perpetue debeant ibidem in depoſito remanere & ſervari, reverſalibus litteris a proviſoribus vicariorum datis deſuper & receptis. volo etiam Ego *Hermannus* de *Frencke* antedictus & ordino quod antedictus *Johannes* de *Berckemeyer* antedicte vicarie fundacionis ſeu beneficii coadjutor & confundator pretacti beneficii ſive vicarie poſſeſſor debet eſſe primus prout Ego *Johannes Berckmeyer* volo atque ordino per preſentes, volumus etiam & ordinamus inſuper nos prefati *Hermannus* & *Johannes* nobis antedictis fundatoribus dicte vicarie in Domino defunctis quod dicte vicarie poſſeſſor debet ducere vitam honeſtam & non habere ſecum in domo focariam *) ac ſecum ſibi ſuſpectam, contrarium facientem Decanus & Capitulum ſecundum ſtatuta eccleſie corrigat ac pretacto beneficio unico dumtaxat contentus, volumus & ordinamus preterea nos prefati *Hermannus* de *Frencke* & *Johannes Berckemayer* dum quando & quotiens dicta vicaria ſeu dictum beneficium per & poſt obitum mei antedicti *Johannis Berckemayer* vacare contigerit, jus preſentandi ad dictam vicariam ſenior de progenie *der van Frencke* & eorum heredes de linea maſculina perſonam abilem & idoneam actu ſacerdotem vel qui infra annum poſtquam poſſeſſionem dicti beneficii adeptus fuerit in ſacerdotem promovobilis preſentabit & preſentare debet, ipſis vero progeniebus *van der Frencke* defunctis & ab hac luce de medio ſublatis ex tunc ſenior camerariorum Eccleſie Mindenſis jus preſentandi

ſenio-

ſeniorem choralem ex dormitorio Eccleſie Mindenſis perpetuis temporibus ad dictam vicariam habebit pariter & obtinebit, in quantum tamen ſi ipſius perſona fuerit abilis, ſin autem ex dicto dormitorio alium abilem & ydoneum in ordine ſubſequentem & predictus vicarius ſive dicte vicarie poſſeſſor pro tempore exiſtens de redditibus & proventibus ad dictam vicariam quomodolibet ſpectantibus & pertinentibus ſingulis annis perpetuis futuris temporibus unum florenum Renenſem ad feſtum Trinitatis ſolempniter peragendum miniſtrabit de quo Domini de capitulo recipient duas partes & vicarii in dicta Eccleſia inſtituti & inſtituendi terciam partem, In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum fidem & teſtimonium nos prefati *Hermannus* & *Johannes* fundatores dictas fundacionis litteras noſtris ſigillis fecimus appenſione communiri Datum Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo in vigilia *Mathei.* Poſt quarum quidem litterarum preſentacionem & earum examinationem inſpectionem nec non auſcultationem nobis & per Nos factas pro parte prefatorum fundatorum nobis humiliter fuit ſupplicatum ut eandem inſtauracionem ereccionem & dotacionem ſupratactas ac omnia & ſingula in eis contenta auctoritate noſtra ordinaria confirmare & approbare dignaremur, Nos igitur *Hinricus* Epiſcopus antedictus attendentes premiſſa omnia abſque noſtro conſenſu & confirmatione viribus non ſubſiſtere, ſupplicationibus hujusmodi tamquam piis & rationi conſonis favorabiliter

inclinati volenteſque ad ea noſtrum benivolum prebere aſſenſum poſtquam nobis de conſenſu ſub ſenioris prefati *Hermanni* de *Frencken* ſenioris Eccleſie Mindenſis & Capituli noſtri antedicte noſtre Eccleſie Mindenſis propter abſentiam Decani eiusdem in remotis agentis & aliorum quorum intererat ad plenum eramus informati fundationem inſtaurationem erectionem & dotationem ac alia premiſſa rata grata habentes eaſque & ea auctoritate noſtra ordinaria preſentibus in Dei nomine approbamus & in perpetuum beneficium confirmamus confirmatione perpetua duratura inſtitucionem & inveſtituram Decano & Capitulo noſtre Eccleſie Mindenſis in hac parte reſervamus, precipientes nichilominus ſub excommunicationis pena ne aliquis unquam ullo tempore preſumat premiſſa aut eorum aliquod auſu temerario violare aut ipſis contravenire quoquo modo, volumus etiam & decernimus dictos redditus ac bona acquiſita & acquirenda debere conſiſtere ſub protectione & tuitione Eccleſiaſtice libertatis, ne etiam ſuper hiis impoſterum contingat dubitari: In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum evidens & perpetuum teſtimonium ac robur noſtri vicariatus ſigillum preſentibus duximus apponendum. Et Nos *Johannes* de *Ekerſten* ſubſenior prefati *Hermanni* & Capitulum Eccleſie Mindenſis in ſignum noſtri conſilii & conſenſus & beneplaciti ſigillum noſtrum ad contractus una cum ſigillis prefatorum *Hermanni* de *Frencken* & *Johannis Berckemayer* huic fundationis dotationis & confirma-

firmationis littere ex certa noſtra ſcientia ac ad firmiorem rei geſte noticiam preſenti duximus apponendum. Datum & Actum Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo in vigilia *Mathei* Apoſtoli.

20. Sept.

*) Focaria, famula quae focum curat, culinaria, praeſertim vero focariae appellatae presbiterorum & clericorum concubinae in Synodo Herbipolenſi 1287. Rotomagenſi 1299. Pariſienſi 1212. c. 4. Colonienſi 1260. c. 1. In ſtatutis MSS. *Petri* Patriarchae jeroſol. Ord. Praedicat. an. 1337. focariae videntur diſtingui a concubinis, dum ait: In primis dolentes referimus, quod nonulli ſacerdotes aut parrochiales Eccleſiarum rectores jam duxerunt in conſuetudinem, imo verius damnabilem corruptelam, tenere continue & publice in domo ſua vel aliena focarias ſeu etiam concubinas non ſolum extraneas, ſed etiam, quod dictu quoque nefas eſt, ſpirituali quodam inceſtu filias ſuas ſpirituales & poenitentiales tali contubernio polluunt & profanant.

CLXIX.

DE FRATERNITATE ECCLESIE S. *JOANNIS* EVANGELISTE.

Hinricus *) Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Eccleſie Mindenſis univerſis & ſingulis noſtram paginam hujusmodi inſpecturis lecturis aut legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Relatu nobis in Chriſto dilectorum Decani

cani moderni & capituli Eccleſie ſancti *Johannis* noſtre Mindenſis civitatis ad nos devenit, quod cum minime diu effluxis annis eiusdem Eccleſie ſancti *Johannis* pro tunc Decanus & antedictum Capitulum divino incenſi amore quandam in eorum patroni ſancti *Johannis* Ewangeliſte quem Dominus ſingulari amoris privilegio predecoravit, honorem & animarum Chriſti fidelium refrigerium fraternitatem ordinaſſent & inſtituiſſent, ipſamque fraternitatem juxta ejus ordinationem & inſtitutionem ad annos plures peregiſſent & celebraſſent, ſed amore hujusmodi proch dolor! frigescente, fraternitas ipſa licet una ex vetuſtioribus in dicta noſtra civitate extitiſſet, utique diſtracta fuiſſet & per temporis ſucceſſum penitus deſoluta & deſtituta, cum autem ſicut Domino Deo complacuiſſet ſupradicti Decanus modernus & Capitulum fraternitatis hujusmodi deſtitutionem & deſolationem defientes eam denuo recollegerint & amplius perpetuis futuris temporibus ſemel in anno in eorum eccleſia ſancti *Joannis* predicta vigiliis & miſſis animarum ceteriſque divinis officiis conſuetis peragendam inſtituerint & ordinaverint hujusmodi cum cautelis videlicet quod eadem fraternitas hujusmodi non ex pluribus quam ſexaginta dumtaxat fratribus & ſororibus ſimul computatis ſemper contenta eſſe debet & compoſita, ac quod ipſi fratres presbiteri dum hujusmodi fraternitas, ut premittitur, peragitur & recolitur, debent per ſe vel alium quemlibet miſſam in dicta Eccleſia ſancti *Joannis* celebrare, ſingulis

lis autem ferlis fecundis hujusmodi fraternitatis fratres clerici pſalmum *De profundis* cum tribus collectis ſcilicet: *Eccleſiam tuam quæſumus Domine* & beati *Petri* Apoſtoli tui concludendo cum collecta: *Omnipotens ſempiterne Deus qui vivorum.* Laici legere debent tria *pater noſter* & totidem *ave Maria.* Nobis humiliter ſupplicantes, quatenus fraternitatis hujusmodi recollectionem & novam inſtitutionem auctoritate noſtra ordinaria approbare & confirmare, ipſamque fraternitatem aliquibus privilegiis indultis nec non indulgentiis & remiſſionibus dotare & adornare ac litteras deſuper oportunas dare & concedere dignaremur, nos vero *Henricus* Epiſcopus antedictus attendentes ſupplicationem hujusmodi juſtam fore & rationi conſonam, volenteſque divinum, quantum in nobis eſt, augmentare cultum, fraternitatis hujusmodi recollectionem & inſtitutionem premiſſas auctoritate noſtra predicta approbavimus & confirmavimus prout approbamus & confirmamus Dei nomine per preſentes. Preterea Divinorum ceſſationem & interdictum eccleſiaſticum cui vel quibus noſtra civitas Mindenſis predicta per nos ſucceſſores noſtros aut nobis vel eis ſubjectos ad cujusvis inſtantiam forſan ſuppoſita eſt vel impoſterum fuit auctoritate noſtra predicta tollimus & ſuſpendimus dumtaxat ad finem & effectum, dictam fraternitatem, ut premittitur, peragendi, excommunicatis nominatim & interdictis de dicta Eccleſia ſancti *Johannis* excluſis, dummodo etiam hujusmodi Divinorum ceſſatio aut interdictum ob & propter manuum violentarum in clericum injectio-

tionem posita & fulminata non fuerit, concedimus etiam & auctoritate predicta admittimus, quatenus omnes & singuli fraternitatis hujusmodi fratres & sorores tam clerici quam layci in dicta nostra civitate decedentes & morientes tempore cessationum divinorum & interdicti, ut premittitur, lati, positi vel fulminati possint & valeant campanis pulsatis & cantu funerali ceterisque solemnitatibus confuetis in cimiterio Ecclesie sancti *Johannis* predicte humari & sepeliri, dummodo hujusmodi fratres & sorores humandi & sepeliendi causam vel occasionem ipsi cessationi vel interdicto non prestiterint seu alias excommunicati vel interdicti non fuerint, isto etiam salvo, quod hujusmodi cessatio vel interdictum non sit ob manuum violentarum in clericum injectionem lata & fulminata, alias in contrarium edictum seu imposterum edendum non obstantibus quibuscunque, universis etiam & singulis fratribus & sororibus predictis vere contritis & confessis, qui divinis hujusmodi, dum fraternitas predicta, ut premittitur, peragitur & recolitur, devote in eorum orationibus interfuerint seu eorum testamenta ad dictam fraternitatem legaverint, quotiens id fecerint, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus meritis & auctoritate confisi, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus presentibus ac omnibus & singulis per nos, ut premittitur, factis concessis & indultis perpetuo valituris. In cujus rei testimonium

nium noſtrum proprium ſigillum preſenti duximus appendendum. Nos etiam *Daniel Berner* Prepoſitus *Hinricus* de *Querbem* ſenior totumque Capitulum Eccleſie Mindenſis predicte viſis per nos ac lectis & conſideratis litteris hujusmodi easdem litteras ac omnia & ſingula in eis contenta & deſcripta prout nos concernunt pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus ob ſingulares, quem ad dictam fraternitatem in Domino gerimus favorem, rata habuimus & approbata, prout rata habemus & approbata per preſentes. In cujus veritatem noſtri Capituli, quod ad contractus nunc patuit, ſigillum preſentibus apud memorati Reverendi in Chriſto Patris & Domini Dni *Hinrici* Epiſcopi ſigillum appendi fecimus. Datum *Minde* Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſecundo, die vero mercurii viceſima quinta menſis Maji.

*) *Henricus* comes de *Schomburg* quinquageſimus primus Mindenſis Epiſcopus. Hic prius Praepoſitus fuit montis ſancti *Mauritii* Hildeshemenſis *Joannis* ante portam latinam a Capitulo electus. An. MCCCCLXXIV. contra hunc aſcendit curiam Romanam, pro Epiſcopatu filius *Gerhardi* de *Oldenborg* a Domino *Alberto* Epiſcopo Mindenſi in filium adoptatus ſine conſenſu Capituli; ideo non praevaluit. Obiit *Henricus* MD. octavo.

Digitized by Google

CLXX.

LITTERE VICARIAM S. *MATHAEI* IN ECCLESIA MINDENSI CONCERNENTES.

Hinricus Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Mindenſis univerſis & ſingulis preſentes noſtras litteras viſuris lecturis & auditurls ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis quod cum domus ad vicariam ſancti *Matbei* Apoſtoli in Eccleſia noſtra Mindenſi ex nimia vetuſtate notoriam minabatur ruinam & quodammodo lapſa, ne tamen dicta vicaria cujus collacio alternatis vicibus ad nos pleno jure pertinere dinoſcitur & ſeu verius rector ejusdem vicarie pro tempore exiſtens eiusdem pretextu detrimentum aut aliquod dampnum de cetero contingat pati honorabilem virum Dominum *Bernbardum Becker* dicte vicarie pro tunc poſſeſſorem inſtigavimus & petebamus ad reedificandum & reparandum domum predictam, qui quidem Dominus *Bernhardus Becker* noſtris tandem precibus inclinatus unam certam notabilem pecuniarum ſummam pro reparatione & reedificatione domus predicte de ſuis propriis honeſte *Kucken* matris & *Metten* ſororis ſue carnalis bonis & patrimonio expoſuit & domum jam dictam de novo funditus erigendam & reparandam duxit & renovavit revera Idem Dominus *Bernhardus Becker* a nobis & venerabilibus viris Dominis Decano ſeniori & Capitulo noſtre Eccleſie Mindenſis antedicte de premiſſis etiam intereſſe habentibus obtinuit ut in aliqualem recompenſam

ſam ſumme pecuniarum per dictum Dominum *Bernhardum Becker* & *Lucken* matrem & *Metten* ſororem ſuas ut premittitur expoſite quod vicarius dicte vicarie ſancti *Mathei* in noſtra eccleſia Mindenſi poſt ejus matris & ſororis dicti Domini *Bernhardi* deceſſum pro tempore exiſtens annis ſingulis in die obitus Domini *Bernhardi* ſepedicti duas marcas denariorum *Minde* legalium *) ad miniſtrandum inter dominos & vicarios in vigiliis & miſſa animarum preſentes equaliter diſtribuendum dandum & ex dicta domo nova & ſuis attinentiis ſolvendum aſtrictus eſſe debeat & obligatus abſque tamen ulla contradictione novâ adinventione aut reſiſtentia, & ſi dicte domus poſſeſſor idem vicarius ſancti *Mathei* in eccleſia Mindenſi antedicta poſt obitum dicti Domini *Bernhardi Becker* matris & ſororis ejus hujusmodi cenſum annuum duarum marcarum ut predictum eſt redimere & reemere de domo predicta voluerit, conſimilem duarum marcarum cenſum annuum cum viginti florenis Renenſibus ſuperioris in aliquo loco fixo cum dictorum Dominorum de Capitulo ſcitu & conſenſu tociens reſtaurare potuerit dolo & fraude in premiſſis ſemotis & excluſis, ſic quod dicta annualis memoria in aliquo non defraudetur, alioquin dicta domus cum cenſu annuo perpetuis futuris temporibus onerata manere debeat, Eciam *Lucka* mater Domini *Bernhardi Becker* ſupradicti & *Mette* ſoror ejus quamdiu vixerint ſeu alter earum vixerit poſt obitum Domini *Bernhardi* ſepedicti ſibi uſum fructum dicte domus & curie ejus

ſine contradictione poſſeſſoris vicarie ſancti *Mathei* in eccleſia noſtra predicta ſeu cujuſcunque etiam alterius ſive aliorum jus ſibi ſalvum manere debeat, nos vero *Hinricus* Epiſcopus & collator alternatis vicibus ſupradictus attendentes hujusmodi omnia & ſingula ſupradicta fore juſta & rationi conſona, qua propter noſtra auctoritate ordinaria premiſſa omnia & ſingula approbamus & confirmamus per preſentes. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum ſigillum noſtrum appendi fecimus & mandavimus. Datum Anno Domini M° quingenteſimo tercio die prima menſis Maji. Et Nos *Wasmodus Hellinckman* Decretorum Doctor Decanus Eccleſie Mindenſis ſupradicte proteſtamur quod dicta vicaria ſancti *Mathei* in Eccleſia Mindenſi ad noſtram collationem alternatis vicibus pleno jure dinoſcitur pertinere, ea propter nos ſenior & Capitulum ſupradicte noſtre Eccleſie Mindenſis omnia & ſingula ſupradicta eciam approbamus & de noſtro omnium conſenſu & voluntate fore facta cognoſcimus, In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtre Eccleſie ad contractus nuncupatum poſt ſigillum Reverendi in Chriſto Patris & Domini Dni *Hinrici* Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopi Mindenſis una cum memorati Domini Decani eciam dicte vicarie alternatis vicibus collatoris & ipſius *Bernhardi Becker* dicte vicarie in preſentiarum poſſeſſoris ſigillis preſentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M° quingenteſimo tercio die vero ſabbati ſexta menſis Maji.

CLXXI.

*) Moneta legalis, proba, legibus conſentanea.

Digitized by Google

CLXXI.

LOCUS *BONENCAMP* EXTRA *MINDAM* PRO COENOBIO FRATRUM STRICTIORIS OBSERVANTIAE *) ASSIGNATUR.

Hinricus Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Mindenſis univerſis & ſingulis Divinorum Rectoribus Prepoſitis Decanis Archidiaconis Canonicis Abbatibus Prioribus Rectoribus vice rectoribus vicariis capellanis altariſtis ceterisque presbiteris per civitatem & Dioceſin Mindenſem ac alias ubilibet conſtitutis ſalutem in Domino ad quem ſeu ad quos hujusmodi preſentes noſtre littere pervenerint innotescere cupimus, quod devotus & religioſus vir frater *Detbardus Dune* cuſtos & vicarius fratrum primarie obſervantie minorum nuncupatorum cum ſex presbiteris uno Diacono & ſubdiacono ac duobus aliis fratribus ejusdem obſervantie nobis ſuas expoſuerunt neceſſitates, ita quod ſine Chriſti fidelium elemoſinis, cum nichil terreni habeant, vivere non poſſunt ac Deo integre militare nequeunt, nobis cum humilitate ſupplicarunt, quatenus eis humilem locum per devotos in Chriſto fideles oblatum dictum de *Bonenkamp* extra civitatem noſtram Mindenſem ad conſtruendum & edificandum in eodem humile cenobium pro primaria & ſtrictiori eorum ordinis obſervantia juxta principales eorum bullas & generalis Miniſtri litteras, quas nos vidimus & ſtudioſe inſpeximus pro eorum vite ſuſtentatione elemoſinam petendi & recipiendi licentiam

concedere & assignare dignaremur, obsequium gratum & pium altissimo tociens impendere credimus, quotiens mentes fidelium ad caritatis & alterius devotionis opera *Christi* pauperibus quos egestatis penuria deprimit, largienda perpensius excitamus. Nos igitur devotis eorum desideriis annuentes ac supplicationi inclinati predictum locum pro eorum perpetua inhabitatione habenda matura deliberatione prehabita cum auxilio consilio & consensu totius nostri venerabilis Capituli Ecclesie Mindensis rite & canonice concedimus & assignavimus prout assignamus per presentes, salvo illo ut ijdem fratres observantie se regere & gubernare humiliter & devote debeant juxta laudabilem ritum & consuetudinem Ecclesie Majoris Mindensis & non alias aliter neque alio modo. Quare vos omnes & singulos supradictos in visceribus salvatoris nostri ejusdemque sanctissime Dei genitricis *Marie* meritorum insignia & matris ejus dulcissime ac sancti *Francisci*, quo ipse Dominus noster *Jhesus Christus* ipsorum interceſſione perfectius vota fidelium dirigat & ad gratiam exaudicionis perducat pie exhortantes vos & vestrum quemlibet in virtute sancte obedientie districte precipiendo vobis mandantes, ut cum ipse frater *Detbardus Dune* aut aliquis suorum fratrum vos vestrasque Ecclesias cappellas parochias pro ejusdem cenobii constructione & suis indulgentiis elemosinas postulaturi accesserint benigne & caritative eosdem suscipiatis & ad verbum Dei predicandum, si placuerit, admittatis ac clero & populo

pulo promotos faciatis & reddatis elemosinas vestras & alia pie caritatis opera eis erogando, ut per hec & alia que inspirante Domino feceritis, ad eterne beatitudinis gloriam possitis & valeatis glorioſius pervenire premium ab omnium bonorum remuneratore proinde recepturi, nosque ut fidelium mentes ad premissa devote accendamus, omnibus & singulis vere penitentibus confessis & contritis, qui ad dicti cenobii constructionem & edificationem librorum ornamentorum & aliorum jocalium ac utensilium dicti cenobii emptionem vel ipsorum fratrum sustentationem quomodolibet manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum meritis & auctoritate confisi tociens quociens aliqua premissorum fecerint, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus perpetuis futuris temporibus duraturis, & volumus quod copie per notarium publicum auscultate sicuti originalibus ipsis litteris ubicumque plena fides adhibeatur. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum hujusmodi presentes litteras consignationem nostram & assignationem continentes proprio sigillo nostri Episcopatus, quo utimur, ac Venerabilis capituli nostri prefati jussimus & fecimus appensione communiri. Datum in arce nostra *Petershagen* Anno Domini Millesimo quingentesimo quarto die vero sabbati quarta mensis Maji.

*) Inter varias S. *Francisci* Ordinis Congregationes celeberrima est illa, quae *Fratres Conven-*

tuales (hodie Minoritas) complectitur & quidem ex primaeva ſeraphici Patris inſtitutione originem ducere videtur. Ille enim vitam communem non eremiticam inſtituit, utpote diſcipulos ſuos ſub uno ſuperiore congregans atque veris obedientiae, paupertatis & humilitatis praeceptis imbuens. Unde *Innocentius* IV *PP.* omnes viros religioſos, ſub regula S. *Franciſci* Deo militantes & vitam communem ducentes appellavit *Conventuales* per publicam bullam Anno MCCL. datam ad eosdem diſtinguendos ab aliis vitam eremiticam & ſtrictiorem regulae obſervantiam ſequentibus, qui propterea nominare voluere. Fratres ſtrictioris obſervantiae.

CLXXII.

EVERSALES FRATRUM MINORUM *MINDAE* RECEPTORUM.

Frater *Dethardus Dune* humilis cuſtos & vicarius fratrum obſervantie miñorum nuncupatorum, *Franciſcus Boequet*, *Jacob Heſeke*, *Hans vau Ufelen* pro nunc fratres mei ordinis ejusdem per preſentes recognoſcimus, quatinus cum Reverendus in Chriſto Pater & Dominus Dnus *Hinricus* Dei & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Mindenſis ac Venerabiles & ſpectabiles viri Dnus Prepoſitus Decanus ſenior & Capitulum Eccleſie Mindenſis antedicte ex pietatis habundancia devotis ſupplicationibus noſtris inclinati locum nuncupatum *Bonenkamp* extra civitatem Mindenſem ſituatum ad conſtruendum & edificandum in eodem humi-

humile cenobium pro primaria & ſtrictiori ordinis noſtri olim obſervantia licentiam & ſuam benignam voluntatem concedentes, qua propter non immerito bonum pro bono reddere oportet primo & ante omnia Deo omnipotenti laudes infinitas dictisque Reverendo Patri Dno Dno *Hinrico* Epiſcopo Venerabilibuſque Dominis Prepoſito Decano ſeniori & Capitulo Eccleſie Mindenſis predicte gratiarum actiones, devotas orationes noſtras referendo noſque eciam & noſtri in hujusmodi loco ſucceſſores debitam ſubjectionem nec non perpetuis futuris temporibus ibidem ſub obedientia Deo ſervire & ſupradicte Eccleſie nos obtemperare & conformare ſibi non in aliquo contra venire, de miniſterialibus ejusdem quo ad ſepulturam ac de funeralibus juribus parochialibus ultra conſuetudinem ſine conſenſu ſcitu & voluntate eorundem Dominorum de Capitulo expreſſis nos non intromittere ſeu eciam aliis eccleſiis in civitate Mindenſi exiſtentibus ac perſonis Eccleſiarum dictarum aut aliis religioſis & perſonis cujuscunque ſtatus gradus aut ordinis extiterint verbo vel facto non prejudicare ſeu obviare volentes, ceſſationem a Divinis & interdictum, quemadmodum in Eccleſia Mindenſi obſervare, Apoſtatas & perſonas ſuſpectas non recipere aut colligere in religionis detrimentum aut prejudicium per hoc nunc & in futurum litium anfractus amputare cupientes in bona fide certa ſponſione & excommunicationis pena & repulſione promittimus per preſentes. In quorum omnium & fidem teſtimonium

premiſſorum ſigillum cuſtodiatus tocius noſtre congregacionis appenſione communivimus. Datum Anno Domini Milleſimo quingenteſimo quarto die lune ſexta menſis Maji.

*) Vid. nota praecedens, S. *Franciscus* regulam pro Fratribus conceptam *Innocentio* III. PP. obtulit Anno MCCXV. & regulae approbationem obtinuit.

CLXXIII.

FUNDACIO VICARIE Ste *ANNE* IN ECCLESIA Sti. *JOHANNIS* FORENSI.

In nomine Sancte & individue Trinitatis Amen. *Theodericus* de *Winthem* Decretorum Doctor Majoris Eccleſie Mindenſis Canonicus Rdi in Chriſto Patris ac Illuſtris Principis & Domini Domini *Franciſci* *) Epiſcopi Mindenſis nec non Brunswycenſis & Lunenborgenſis Ducis in ſpiritualibus Vicarius generalis ad perpetuam rei memoriam Univerſis Chriſti fidelibus preſertim quorum intereſt ſeu intereſſe poterit in futurum ſalutem in Domino ſempiternam. Dum intente conſiderationis indagine perſpicimus quantus honor Deo glorioſiſque ejus ſanctis quantuſque in Eccleſia Dei fructus in augmentatione Divini cultus exhibetur, precipue quando cetus pſallentium & numerus Deum in ſanctis ejus laudantium adaugetur & augmentatur, ideo divinum cultum gloriamque Dei nominis & ſanctorum ejus toto mentis

tis affectu multiplicari & augeri desiderantes, sane dilectus nobis in Christo Dnus *Hermannus Traphagen* pie memorie dum in humanis ageret Majoris Ecclesie Mindensis Diaconus hac pia intentione motus de bonis sibi a Deo collatis quandam perpetuam vicariam sive beneficium Ecclesiasticum seu quoddam altare in Ecclesia sive capella sancti *Johannis Baptiste* in emunitate Ecclesie Mindensis situate de novo fundare instaurare ac perpetuare per suos executores & manufideles proposuit & ordinavit in honorem sancte & individue *Trinitatis* glorioseque semper virginis *Marie* ac beate *Anne* matris ejusdem glorioſissime virginis *Marie*, ipsamque vicariam sufficientibus bonis & redditibus videlicet ducentis florenis Renensibus justi ponderis dotare perpetuare ac fundare per suos executores ut pretactum est, in sua ultima voluntate disposuit & ordinavit, & quod littere & jura beneficii memorati propter securitatem majorem apud Magistrum fabrice Mindensis Ecclesie pro tempore existentem deponi & collocari debeant, adjunxit insuper talem conditionem huic fundationi adjungens testator predictus, quod jus patronatus sive presentandi personam abilem & idoneam ad vicariam sive beneficium memoratum ad heredes quondam testatoris *Hermanni* videlicet *Traphagen* de familia & recta linea masculina eius suorumque venientes habebunt, quodque talis Domino Decano & Capitulo Ecclesie Mindensis presentatus tenebitur eisdem Domino Decano & Capitulo obedientiam facere & infra annnm sa-

cerdos fieri & apud eandem vicariam perſonalem reſidenciam facere ſit aſtrictus, ceterum nullis, quod Deus avertat de familia per lineam maſculinam illorum der *Traphagen* vulgariter nominatorum exiſtentibus jus preſentandi ſive patronatus ad vicariam predictam ad Rectorem Eccleſie ſancti *Johannis* forenſis dicte ex tunc devolvetur, qui quidem tempore vacationis beneficii memorati ſeniorem choralium in Eccleſia Mindenſi Decano & Capitulo ejusdem Eccleſie Mindenſis preſentabit, qui etiam ut membrum Eccleſie Mindenſis predicte Dno Decano & Capitulo ut pretactum eſt, obedientiam debitam & conſuetam preſtare teneatur. Inſuper Rector dicti altaris ad unam miſſam de ſancta *Anna* in ebdomada juxta diſpoſitionem teſtatoris predicti per ſe vel alium ex rationabili cauſa & evidenti neceſſitate celebrandam ſit omnino aſtrictus & obligatus, tum ſi quid amplius boni facere voluerit ſue voluntati & conſcientie relinquitur, oblationes etiam que ſibi ad dictum altare deferuntur recepturus nil amplius de juribus ad dictam Eccleſiam ſive capellam ſeu ejus rectorem ſpectantibus niſi rogatus & requiſitus ac de bona voluntate rectoris exiſtat vendicando, ſed alias Rectori dicte capelle in omnibus exhibeat reverentiam & honoris complementum. Item voluit & ordinavit pie recordationis Dominus *Hermannus Traphagen* huiusmodi vicarie fundator, quod ſi per jus preſentandi habentes ad hujusmodi vicariam preſentatus infra annum ſacerdos fieri ac perſonalem reſidentiam uti pretactum, diſtulerit ſeu facere recuſaverit, ex tunc canoni-

Digitized by Google

nonica ſaltem monicione premiſſa jure quod ſibi ad eandem vicariam competiit, ſit privatus & patroni alium ad eandem vicariam preſentandi liberam habeant facultatem, quod ſi in hujusmodi preſentatione negligentes extiterint & alium infra tempus a jure determinatum non preſentaverint ex tunc rector Eccleſie ſancti *Johannis* forenſis predicte ſeniorem choralium dicte Mindenſis Eccleſie ut prenotatum eſt preſentandi liberam habeat facultatem, in ſuper ut omnis ambiguitatis materia auferatur adjectum eſt quod ipſum beneficium memoratum ſit beneficium in Eccleſia Mindenſi & ad omnia onera Eccleſie Mindenſis ſicut ceteri ejusdem Eccleſie Mindenſis vicarii ſit aſtrictus & obligatus & Domini Decani & Capituli Eccleſie Mindenſis obedientiam omnino ſubire teneatur. Item voluit & ordinavit prefatus teſtator, quod Anniverſarius Dedicationis dies Dominica proxima poſt beate *Anne* celebretur ad altare prefatum, unde pro parte dicti fundatoris executoris fuit nobis humiliter ſupplicatum ut ad fundationem dotationem ac ordinationem hujusmodi & ad devotam intentionem fundatoris predicti noſtri debitum officii per confirmacionem canonicam adhibere dignarenur, Nos igitur *Theodericus* de *Wintbem* Doctor & Canonicus prefatus Reverendi Patris ac Illuſtris principis Epiſcopi Mindenſis vicarius generalis qui divinum noſtris temporibus cultum augeri deſiderantes tam piis operibus & ſalubribus peticionibus favorabiliter annuentes, fundationem ordinationem ac dotacionem

nem predictas ac omnia & singula supra scripta de consilio consensu & beneplacito omnium quorum inter est & presertim Capituli Majoris Ecclesie Mindensis nec non rectoris dicte capelle sive Ecclesie sancti *Johannis* forensis dicte ratas & gratas rata & grata habentes eas & ea auctoritate & vice Reverendi patris ac illustris principis Episcopi Mindensis prefati qua fungimur in hac parte & presentis scripti munimine confirmamus corroboramus & ratificamus. In quorum omnium & singulorum testimonium sigillum nostrum Vicariatus duximus appendendum. Insuper & nos Decanus totumque capitulum Ecclesie Mindensis ac rector Ecclesie sive capelle prenarrate protestamur ac notificamus per presentes, quod omnia premissa & singula sint de consensu nostro ac bona voluntate sicut premittitur facta & ordinata, In quorum testimonium fidem & robur sigillum capituli Mindensis nec non sigillum Rectoris capelle predicte presentibus est appensum. Datum Anno Domini M° quingentesimo undecimo XIIa. mensis Junii.

*) E Ducibus Brunsvicensibus unanimiter ab universo Capitulo electus, eodem videlicet die, quo decessor *Henricus* sepulturae traditus est. Diebus autem aliquibus interjectis, cum solemni processione ab omni clero per Duces Brunsvicenses per portam *Weserae* est introductus ac super summum altare Majoris Ecclesiae ut moris est, solemniter collocatus. . . *Chron. Mindense.*

CLXXIV.

Digitized by Google

CLXXIV.

HENRICUS HATTINGEN CARMELITA DENOMINATUR SUFFRAGANEUS MINDENSIS.

Franciſcus Dei & Apoſtolice ſedis gratia Electus & Confirmatus adminiſtrator Eccleſie Mindenſis nec non Brunsvicenſis & Luneburgenſis Dux &c. Dilecto nobis devoto Religioſo & illuminato Patri *Hinrico Hattingen* *) ſacre Theologie Lectori Ordinis beate *Marie* Virginis de monte carmeli Conventus Margenoguenſis Hildeſemenſis dioces. ſalutem in Domino. Cum ad noſtre molem inquietudinis, qua ex deſuper nobis imminente paſtorialis curæ ſollicitudinis, quotidie diſtrahimur in diverſa, quorum etiam quodlibet ſeorſum integrum requirit hominem, litterarum quoque ſcienciam, predicationis fructum vite puritatem & quam plura alia virtutum merita, quibus tuam novimus per divinam gratiam perſonam decoratam, noſtre conſiderationis intuitum reflectimus acute, ad ea que vehementer intendimus, quibus te noſtro pro relevamine & oportunitatibus in partem ſollicitudinis alliciamus nobiscum & non minus preter ea tuis auctore Domino, promotionibus accreſcat & honor, ſane cum teſte experientia non modo noſtris pro tuendis ſubditis de a Deo & ſancta ſede Apoſtolica nobis creditis & commiſſis Mindenſi Eccleſia civitate & dioceſi ſed pro totius etiam rei publice pace atque ſalute nec non quiete conſervanda voluntarios amplec-

amplectimur indies labores ut pacem & quietem noſtris miniſtremus ſubditis, contingatque preterea, ut dum majoribus (cum ingruunt) periculis nobis obviandum ſit, ita proch ut vellemus aſſidue ad Spiritualia Pontificalia precipue miniſtranda & exercenda intendere nequeamus, unde poſtquam venerabilis Dominus *Johannes* Panadenſis Eccleſie Epiſcopus propter ſenectutem & corporis ſui debilitatem a nobis & noſtra patria ſe alienando & ad patriam ſuam locumque nativum transduxerit divertendo ſuffraganeatus officio & obſequiis noſtris ſeu ſuffragiis in Pontificalibus & vicariatui in ſpiritualibus hujusmodi noſtras per civitatem & dioceſin ſua ſponte & voluntarie renuntiando, Nos quoque hodie de venerabilium Dominorum Prepoſiti Decani ſenioris & totius capituli Eccleſie noſtre Mindenſis unanimi deliberatione & conſenſu premiſſis tuis exigentibus meritis te cum noſtris prefatique noſtri Capituli litteris commendatitiis ad ſanctiſſimum in Chriſto Patrem ac Dominum noſtrum Dnum *Leonem* Divina providentia Papam decimum & modernum ſacrumque Reverendiſſimorum Dominorum ſancte Romane Eccleſie Cardinalium Collegium pro Eccleſia Lydenſi per obitum quondam Domini *Hermanni* illius dum viveret ultimi Pontificis hic apud nos in iſtis partibus vita functi vacante conſequenda ac pro te ad illam dictorum Dominorum ſummi Pontificis & Collegii gratia aſſumpto & in Epiſcopum conſecrato, nobis conſequenter per dictas noſtras civitatem & Dioceſin in ſpiritua-

tualibus precipue Pontificalibus predictis ministrandis & exercendis concedendo decrevimus destinandum prout in nostris inde confectis litteris etiam dicti capituli nostri appositione formatis latius continetur. Nos tibi (ne postquam Divina sedisque Apostolice annuente gratia ad Ecclesiam Liddensem promotus fueris & nobis in premissis & ad ea in suffraganeum deputatus & concessus nomen pontificale obtineas inane aut Pontificalis te dignitas pre egestate & inopia vilescat, de prefatorum Dominorum Prepositi Decani senioris & Capituli nostri matura desuper inter nos & ipsos prehabita deliberatione, unanimi consilio & consensu pensionem seu provisionem annuam ducentorum florenorum Renensium in auro de & ex veris atque fixis fructibus redditibus & proventibus mense nostre Episcopalis in & sub districtu seu prefectura & advocatia castri nostri *Petershagen* sitis tibi annis singulis inter sanctorum *Michaelis* & *Martini* festa in civitate nostra Mindensi per prefectum pro tempore castri nostri prefati ministrandam pro tui sustentatione & status condecentia donec & quo usque vixeris, constituimus reservamus concedimus & assignamus harum nostrarum testimonio litterarum nostri Pontificalis una cum prefati capituli nostri sigillorum appensione communitarum: Et quia Nos *Daniel Berner* Prepositus *Martinus* de *Mandeslo* Decanus *Anthonius* de *Heynborch* senior totumque capitulum prefate Ecclesie Mindensis premissa omnia & singula de nostri unanimi consensu & voluntate sic ut premittitur

titur processisse acta & concessa, ideoque & post Reverendi & Illustris Patris & Domini Domini *Francisci* administratoris supra nominati sigillum nostre etiam Ecclesie sigilli appensione presentes litteras jussimus & fecimus corroborari, datas in arce *Petbersbagen* prefata sub Anno Domini salvatoris nostri millesimo quingentesimo decimo quinto die vero decima mensis septembris.

Johannes Lamberti Cancellarius scripsit. Ad mandatum Reverendi in Christo Patris & Domini Dni *Francisci* confirmati administratoris prefati &c. *Hinricus Clare* Consistorii Mindensis scripsit.

*) Optime elegit virum litterarum scientia, praedicationi fructu, vitae puritate & pluribus virtutum meritis commendatum *Franciscus* Mindendensis Episcopus, qui requisitis ejusmodi qualitatibus in Chronico Mindensi describitur destitutus.

CLXXV.

UNIO VICARIAE S *SILVESTRI* AD COMMENDAM VISITATIONIS. B. *M.* V.

Franciscus *) Dei & Apostolice sedis gratia Electus & confirmatus Monasteriensis & Osnaburgensis nec non administrator Mindensis universis & singulis presentes nostras litteras inspecturis illis presertim quorum interest intererit seu interesse poterit quos que infra scriptum tangit negocium seu

ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum ſalutem in Domino ſempiternam. Cum de paſtoralis officii debito curis eccleſiarum beneficiorum Eccleſiaſticorum ac commoditatibus perſonarum Eccleſiaſticorum inſiſtere illiſque pie & ſalubriter intendere & providere omni ſollertia reddimur indefeſſe ſolliciti, ſane pro parte dilecti filii *johannis Schriver* moderni ſecretarii ſive Notarii Venerabilis capituli noſtre Eccleſie Mindenſis poſſeſſoris certe commende ad altare viſitationis gloriosiſſime virginis *Marie* in paradiſo dicte noſtre Mindenſis Eccleſie ſite querelam nobis expoſitam recepimus in effectu continentem, quod licet ante aliquot annos Teſtamentarii ſeu executores ultime voluntatis pie memorie quondam honorabilis viri Dni *johannis Berckemeyers* vicarii dum viveret ſepedicte noſtre Eccleſie Mindenſis poſt illius obitum de & ex bonis per ipſum Dominum *johannem* pie defunctum derelictis prefatam commendam quam ipſe Dominus exponens pro nunc obtinet pro notario ſive ſecretario prementionati capituli noſtre Eccleſie Mindenſis piis animis moti fundaſſent erexiſſent pariterque certis redditibus annuis dotaſſent, ſed quia fructus redditus & proventus dicte commende ita exigui & tenues exiſtunt ut exinde notarius capituli pro tempore exiſtens ſe commode ſuſtentare non valeat & cum paucis jam decurſis diebus ipſe *johannis Schriver* modernus notarius ſive ſecretarius dicti capituli Eccleſie Mindenſis de quadam perpetua vicaria ad altare Divi *ſilveſtri* in capella ejusdem ſancti *ſilveſtri* in ambitu dicte noſtre Eccleſie ſita tunc per obitum quon-

dam Dni *Gerhardi Scheffbeckers* illius noviſſimi poſſeſſoris vacante ex conceſſione Apoſtolica extitit proviſus, cujus quidem vicarie fructus redditus & proventus ſunt ſimiliter multum tenues & exigui ita maxime ut pro ſuſtentatione unius clerici non ſuppeterent & ſicut eadem ſubjungebat peticio, ſi vicaria ſancti *ſilveſtri* que de collacione venerabilium Dominorum Decani & Capituli prelibate noſtre Eccleſie Mindenſis exiſtit memorate commende ad altare beate *Marie* virginis viſitationis ſite que pro notario ſive ſecretario capituli perpetuis futuris temporibus fundata erecta & dotata exiſtit, uniretur annecteretur & incorporaretur, per hoc commoditati dictorum Dominorum Decani & Capituli nec non ſtatui dicti *johannis Schrivers* moderni ſecretarii ſive Notarii ſuorumque ſucceſſorum commodius atque decentius provideretur, quare pro parte prefatorum Dominorum Decani & Capituli noſtre Eccleſie Mindenſis memorate non *johannis Schrivers* moderni Notarii ſive ſecretarii eorundem nobis fuit humiliter ſupplicatum ut ſuper premiſſis his de benignitate & auctoritate noſtra ordinaria providere ſalubriter dignaremur, nos igitur *Franciscus* Epiſcopus & Adminiſtrator prefatus de premiſſis omnibus & ſingulis ac ipſorum circumſtantiis univerſis indagavimus & inquiſivimus animumque noſtrum deſuper ad plenum informationem legitimam comperimus omnia & ſingula prenarrata poſita & expoſita ut prefertur fore vera ac veritate fulciri, idcirco auctoritate noſtra ordinaria qua fungimur in hac parte vicarium

rium prefatum ad altare in capella ſancti *ſilveſtri* in ambitu noſtre Mindenſis Eccleſie ſitum & de collatione ſepe memoratorum Dominorum Decani & Capituli mentionate noſtre Eccleſie Mindenſis exiſtentem de priorum Dominorum expreſſo ad id accedente conſenſu, voluntate pariter & aſſenſu cum omnibus & ſingulis juribus ſuis ac pertinenciis univerſis dicte Commende ad altare viſitationis *Marie* virginis in paradiſo incuſſate noſtre Eccleſie Mindenſis ſito & pro Notario ſive ſecretario capituli ut prefertur fundato & dotato, de conſenſu Teſtamentariorum dicti Dni *johannis Berckemeigers* ut fundatorum perpetuis futuris temporibus univimus annexímus & incorporavimus, unimusque annectimus & incorporamus Dei nomine per preſentes, volumusque nichilominus atque auctoritate noſtra ordinaria prefata de ſimili aſſenſu & voluntate prenarratorum Dominorum Decani & Capituli noſtre Mindenſis Eccleſie decernimus quod nunc deinceps & impoſterum hujusmodi vicaria ſancti *ſilveſtri* ac commenda viſitationis *Marie* pro uno reputetur beneficio ac quotienscunque ipſarum commende & vicarie ſic ut prefertur unitarum vacatio occurrerit, quod ex tunc ſenior canonicus prelibati capituli noſtre ſepementionate Eccleſie Mindenſis contradictione & impedimentis quibuscunque ceſſantibus ſemper & continuo Notarium ſive ſecretarium capituli ad hujusmodi incorporata annexa & unita beneficia obtinenda prefatis Dominis Decano & Capitulo preſentabit & preſentare ſit aſtrictus, ad quam

quidem preſentacionem dicti Dni Decanus & Capitulum Notarium ſicut prefertur preſentatum ad hujusmodi prenarrata annexa unita & incorporata beneficia ſive vicarias ut moris eſt admittant & ſibi provideant & providere faciant de eisdem decernentes tamen quod per hujusmodi unionem annexionem & incorporationem dicte vicarie & commende debitis eccleſiaſticis non fraudentur obſequiis illarumque onera in capella & ad altare ſancti *ſilveſtri* ſupportentur conſueta, que omnia & ſingula ſupradicta & preſentes noſtras litteras & in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis intimamus inſinuamus & notificamus ac ad veſtram & cujuslibet veſtrum noticiam deducimus & deduci volumus per preſentes ne de premiſſis ignorantiam aliquam pretendere valeatis ſeu etiam quomodolibet allegare. In quorum omnium & ſingulorum fidem & evidens teſtimonium premiſſorum ne in poſterum exinde aliquod dubium exoriatur preſentes litteras noſtri vicariatus ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Et nos *Burchardus Buſche* Decanus *Heyno* de *Mandeslo* ſenior totumque capitulum prelibate Eccleſie Mindenſis quia premiſſa omnia & ſingula de unanimi noſtro capitulari conſenſu & aſſenſu & voluntate facta conceſſa & indulta ſunt ideo ſigillum noſtrum quo ad contractus utimur penes ſigillum Rmi Dni noſtri & prepotentis principis *Franciſci* Adminiſtratoris &c. preſentibus duximus appendendum. Datum & Actum *Minde* in aula Episcopali noſtra ſub anno Dni Milleſimo quingenteſimo

simo tricesimo septimo die decima tercia mensis Maji.

*) Comes a *Waldeck.*

CLXXVI.

SUPER CERTIS PREDIJS IN *HOLTORPE* ETC.

In nomine sancte & individue Trinitatis. *Heinricus* favente clementia Divina Mindonensis Episcopus notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, qualiter *Gerhardus* vir nobilis predia sua in *Holtorpe* in *Hebbrum* in *stavaron* in page qui dicitur *Grindiriga* in comitatu Magni Ducis collaudante herede suo Eccleſie nostre absque omni contradictione delegaverit in placito *Windilmanni* cum omnibus appendicijs id est areis, edificijs, agris pratis pascuis terris cultis & incultis aquis aquarumve decursibus molendinis molis piscationibus silvis venationibus vijs & invijs exitibus & reditibus quesitis & inquirendis cum omni utilitate que vel scribi vel nominari poterit & octoginta sex utriusque sexus mancipia, nos autem consilio familiarium nostrorum admoniti eadem predia eidem *Gerhardo* quamdiu ipse vixerit pro annuo censu quem in placito solvit uno videlicet denario concessimus, Insuper sex libras decimarum in beneficium dedimus ea interposita ratione ut si mater sua ipsum super vixerit de eisdem de-

cimis quatuor libras habeat, Hoc ut ratum & omni tempore inconvulſum permaneat teſtibus confirmavimus ſcriptis inſignivimus ſigilli noſtri impreſſione roboravimus, Teſtium autem nomina ſunt hec *Reginoldus* comes *Fritbericus* comes *Landwart Thiederick Rembrecb Godinzo Thietmar Godeſchalc Eyko Wydikin* Advocatus *Hager Hager Hildebold Atholff Wored Kerſtin Thiedolff Thietard Cuezo Widilo Helmwerc Beno Dudo Volcmer Roddag Luidolff Landfritb Linthart Erp Erp. Thietard.*

Sequentem chartarum decadem die & anno non ſignatam dexteritati & induſtriae illius, qui Dioeceſin Mindenſem pro Germania ſacra elaborandam in ſe ſuſceperit, relinquimus ſuo quamque loco reponendam; adjumento illi erunt chartae Mindenſes Tomis prioribus jam divulgatae cum Chronico Mindenſi ſubinde allegato &c.

CLXXVII.

SUPER NOVO CASTRO IN LOCO *CARNEWINCKEL.*

C comes de *Roden* univerſis ſcripti hujus inſpectoribus notum eſſe cupio quod cum Dominus meus *W.* Epiſcopus Mindenſis caſtrum novum in loco qui dicitur *Carnewinckel* conſtruere intenderet ipſe auxilium meum ad hoc ſibi fore reputans oportunum ſpacium fore ad duas manſiones in ipſo caſtro michi ad conſtructionem caſtri ſibi cooperanti conceſſit in phedo firmiter re-

pro-

promittens quod contra omnes injurioſos invaſores meos adjutor meus ſemper exiſteret, Ego vero verſa vice promiſi data fide quod a ſervitio Mindenſis eccleſie nunquam recederem, ſed in omni guerra Epiſcopi & Eccleſie coadjutor & pro poſſe meo ſemper defenſor exiſterem, hoc adjecto hinc inde, quod ſi forte caſtrum capi ab hoſtibus vel quocumque modo deſtrui contingeret eodem pacto quo nunc conſtructum eſt ſimul iterum reedificaremus, adjectum eſt etiam fide data hinc inde, quod ſi Ego Dominum Epiſcopum vel Eccleſiam de caſtro eicerem omnis advocatia mea quam teneo ab eccleſia extra civitatem *Wunneſtorp* vacet ipſo jure & ad Epiſcopum vel Eccleſiam revertatur libere & abſolute, ſi vero Epiſcopus vel Eccleſia me ejceret villicatio curtis in *Runnenberge* & curtis in *Hiddeſtorpe* Domino meo cedet, ipſo jure, ſadjectum eſt etiam in obligatione predicta quod in caſtro & ante Caſtrum violentiam aliquam vel ſpolium non faciam, quod ſi forte hujusmodi facerem in diſtrictu vel advocatia mea non deducam in caſtrum niſi res ante penitus diſtrahantur.

CLXXVIII.

SUPER CERTIS MINISTERIALIBUS ET DUOBUS MANSIS IN *LERBEKE.*

G & *H.* comites de *Perremunt* omnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem ac omne bonum. Sciant univerſi quod miniſteriales noſtros

ſtros videlicet *Walterum* & *Tidericum* ſororemque ipſorum . . cum talibus bonis que a nobis tenebant jure pheodali & duos manſos in *Lerbeke* & tales homines quos promiſimus advocato de *Monte* de bona voluntate liberaliter reſignamus, & ut hoc ratum & inconvulſum permaneat preſentem cedulam ſigno noſtro ſignamus. Teſtes qui aderant *Tidericus Lodrico Arnoldus* de *mobilede Eckericus Dennoline Wynandus* de *Dodenbrocke Wicelus Weſtfall* plebanus de *Odeſtorpe Bernardus* nomine ſcriptor preſentium litterarum *jordanus* judex in *Lunde.*

CLXXIX.

SUPER CERTIS FUNDIS.

Venerabili in Chriſto Patri ac Domino ſuo Dno *Lodewico* Epiſcopo Mindenſis eccleſie *F.* famulus dictus de *Lenthe* famulativam in omnibus voluntatem, Dominationi veſtre Curiam *Thummer* ſitam & quatuor manſos ac duas caſas nec non dimidium pratum ibidem reſigno litteras per preſentes dummodo Domino *Olrico* militi dicto de *Iltene* & ſuis heredibus titulo juſti feodi conferatis.

CLXXX.

Digitized by Google

CLXXX.

SUPER DECIMA IN *NYGENBORCH* PRO DECIMA IN *ALSVEDE.*

HDei gratia Decanus & Capitulum ſancti *Martini* Mindenſis univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in Chriſto jheſu, ut id quod a preſentibus geritur per vivacitatem ſcripti memorie reſervetur etiam poſterorum notum eſſe volumus, quod univerſitas capituli majoris eccleſie Mindenſis collacioni decime in *Nienborch* nobis & eccleſie noſtre a Venerabili antiſtite noſtro *Conrado* in recompenſationem decime in *Alſede* facte conſenſum ſuum pie prebuit & fraterne, cujus facti gratia ſtatuimus & profitemur, quod antiqua penſio decime in *Eyſberge* que ad Decaniam eccleſie noſtre pertinet incommutabilis perſeveret & quod in ſancta nocte *Petri* & *Gorgonij* in majori eccleſia de cetero veſperis interſimus. ut autem hec firma permaneant & inconvulſa preſens ſcriptum ſigillo noſtre eccleſie communimus.

Digitized by Google

CLXXXI.

QUOD IN CERTIS DONATIONIBUS CAPITULUM CONTRADIXIT EPISCOPO.

In nomine Domini amen. *Tidericus* Dei gratia Major in *Minda* Prepoſitus *Heinricus* Decanus *Leffhardus* ſancti *johannis* Ewangeliſte prepoſitus *Otto* Cuſtos omnibus hoc ſcriptum inſpicientibus ſalutem in Domino. Sciant univerſi quod cum Epiſcopus *Tetmarus* pie memorie eccleſiam in *Reptholtbuſen* cenobio in *Neutorpe* vellet conferre & ſuper hoc noſtrum requireret conſenſum omnes ac ſinguli tunc qui preſentes eramus ſue contradiximus voluntati & ſic tunc temporis inexauditus receſſit, poſt mortem vero ipſius temporibus Epiſcopi *Conradi* in ſynodo generali ſimilia ipſius cenobij requiſivimus multociens ut ſciremus ſi nomina noſtra eisdem eſſent inſcripta & cum ea habere non poſſemus talis data fuit ſententia, donationem ſive privilegia ſi qua data eſſent non valere utpote furtiva & in prejudicium eccleſie obtenta, hec etiam ne eccleſia gravamen aliquod incurrat conſcribi fecimus & ſigillis noſtris communimus.

Digitized by Google

CLXXXII.

SUPER MINISTERIALI QUODAM.

Adolfus Dei gratia comes *Holtſacie* & *Schowenborgh* omnibus hoc ſcriptum intuentibus ſalutem, noverint univerſi quod nos bona que *Barthramus Swakedow* de manu noſtra in pheodo tenet legitime ſue *jlie* ea dimittimus. uſque perſonaliter loquamur eidem, ſi autem pueros per dictum *B.* legitimum ſuum genuerit unus illorum Eccleſie Mindenſi ſemper erit obligatus ſervicio debito ceteroſque nobis ſicut tenentur pro bonis jam dictis nolumus ſervire.

CLXXXIII.

CERTA ORDINATIO INTER COMITEM VONSTORPENSEM ET COMITEM DE *VORNHOLTE.*

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Noverint univerſi preſentem literam inſpecturi, quod diſſenſio que erat inter Dominum comitem *Conradum* de *Limbere* ex parte una & Dnum *juſtacium* de *Vornholte* Canonicum Mindenſem ex altera ſopita eſt ſub hac forma videlicet ſuper locatione curtis in *Munesle* Dnus comes *C.* jam dictus coram Domino Epiſcopo Mindenſi & Conventu recognovit ſe nichil juris habere in locatione curtis memorate, veruntamen ad peticionem ipſius comi-

comitis Dnus *J.* predictus ad presens curtem locabit eandem & porriget tali villico & uxori ejus & filiis qui digne valeat excolere & de ea ut justum est ministrare, omnem autem censum cum omni fructu & utilitate que usque ad tempus istud ex ipsa curia provenire solebat certo tempore & debito sine omni dilatione & dubio consequetur Dnus *justacius* sepedictus, quod si villicus negligere presumpserit post unius mensis spatium ipsam curiam suam intrabit Dnus *J.* jam dictus prosecutionem tamen Dno comiti *C.* dicto premissa & omnem censum debitum a villico cum debita emenda extorquebit & cum eo secundum jus Ecclesie procedet hactenus observatum. ut autem robur hec obtineant debitum sigillo Domini Episcopi Mindensis & Dni comitis sepedicti & Dni *justacii* roborantur.

CLXXXIV.

CLXXXIV.

SUPER DECIMA IN *GOLTBEKE* RESIGNATA MONASTERIO IN *AMELUNGESBORN.*

Honorabili Dno Mindenſis Eccleſie Epiſcopo *O.* & *A.* filius ejus *H.* & *L.* fratres & *C.* fratris eorum filius omnes comites in *Everſten* paratum in omnibus ſue fidelitatis obſequium, veſtre notum facimus dominationi, quod nos decimam in *Goltbeke* quam ab Eccleſia Mindenſi feodali jure tenuimus per preſentem litteram in manus veſtras libere reſignamus veraciter profitentes quod ſicut modo per ſcriptum ſic manu & ore faciemus cum primum veſtre preſentie poterimus exhiberi, ita ſane ut ejusdem decime proprietatem conferatis eccleſie *Amelungesborn* Ciſterc. Ordinis & Hildesh. Dioc. jure perpetuo poſſidendam.

Nationalbibliothek Wien

CLXXXV.

SUPER BONIS FEUDALIBUS.

Reverendo Domino ſuo Dei gratia Mindenſis Eccleſie Epiſcopo *A. Comes* de *Daſſele*, *A. L.* & *H.* ſuique filii ſue poſſibilitatis obſequium ſemper promptum, Conſtare cupimus per litteras preſentes veſtre Dominationis honeſtatem, quod nos feoda & alia quecunque jure feodali de Mindenſi Eccleſia poſſidemus reſignamus in veſtras manus rogantes omni ſtudio veſtram Dominationem quatenus eadem feoda & alia quecunque de Mindenſi poſſidemus Eccleſia Dno *C.* comiti de *Eberſten* porrigatis libere & abſolute.

Digitized by Google

ad XLIII.



ad. XLIV.



Digitized by Google

XLV.

Clayton Sc. M

ad XLV.



Digitized by Google

XLVI.

Contigan sc. Mog.

ad XLVI.

S. IOANNIS. ADAMI. ELECTI. ARCHIEPISCOPI. MOGVNTINI. PRINCIPIS. ELECTORIS. 1601

XLVII.

S·IOANNIS·SMICARDI·D·G·SCTAE·MOGVNTINAE·SEDIS·ARCHIEPI·SACRIQ·IMPERII·PER·GERMANIAM·ARCHI·CANCELL·AC·PRINCEL·ECTI

ad XLVII


IOANNIS SCHWEICKHARDI ELECTI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI PRINCIPIS ELECTORIS
16
04

XLVIII

ad XLVIII.

MONET. EPISC. WORM. S. GEORG. PRIDERICI. D. G. ARCHIATER MOGUNT. ELECT.

XLIX.


SIGILLVM · CAPITVLI · ECCLESIÆ · METROPOLITANÆ · GNESNENSIS · PRIMATIALIS · POLONIÆ

Digitized by Google

ÖSTERREICHISCHE
NATIONALBIBLIOTHEK

ÖNB
+Z150706204

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google